IN illo tempore. venit iohannes baptista prædicans in deserto iudee:et dicēs. Pœnitēriam agite:appropinquabit enim regnum celorum. Hic est enim de quo dictū est: per esaiam:prophetam dicentem. Vox clamantis in deserto: parate viam domini/ rectas facite semitas eius. Ipse aūt iohānes habebat vestimētū de pilis camelor:et zonā pelliceā circa lūbos suos. Esca aūt eius erat locusta:& mel siluestre. Tūc exibat ad eū hierosolima & omis iudea:& omis regio circa iordanē. Et baptizabātur ab eo in iordane:cōfitētes peccā sua. Si vero. vj. kek. nō vacauerit:prædicta epistola & euāge. omino ptermittātur & hoc p totū aduentū. & a dñica ꝛ ira usq; ad. l. & ab oct. pasche vsq; ad primā dñicā antē ascēsionem dñi obseruetur a Deus omn. vero vsq; ad dñicā. do. li. iij. & v. ferie non vacauerint:tūc in. vj. feria legantur epla & euāgel. de. iij. kek. si vacauerit:tūnaute omo prætermittant. Nunq; enim legātur epistole & euāge. de. iij. kek. in. vj. kek. vel in. iij. kek. neq; epistola euāg. de. vj. kek. in. v. kek. Non enim debent serui. antitipari scōm vlum Sar.

Dominica. ij. aduentus. Offiū.

POpulus syon ecce dominus veniet ad saluandas gētes:& audire faciet dominus gloziam vocis sue i lētitia cordis vri. Ps. Qui regis israēl intende:qui deducis velut ouē ioseph. Repetat oiūs. Populus. Glia pri. Populus. Oīo.

EXcita dñe cordia nra ad prepārādas vnigeniti tui vias:vt qui eius aduentu purificatis tibi mētibus seruire mereamur. Qui tecū viuit et regnat i vnitate spūs sācti deus. Per oīa secula seculorum. Ad romanos.

FRatres. Quecūq; enī scripta sūt:ad nostrā doctrinā scripta sunt:vt per patiētiā & cōsolationē scripturarū spē habeamus. Deus aūt patiētie & solatii/ det vobis idipsū sapere in alterutrū/ scōm iesū xpm:vt vnanimes vno ore honorificetis deum et patrem domini nostri iesu christi. Propter quod suscipite inuicem sicut et christus suscepit vos in honorem dei. Dico enim christum iesum ministrum fuisse circumcisionis/ propter veritatem dei:ad confirmandas promissiones patrum. Gentes aūt super misericordia honorare deum:sicut scriptum est. Propterea confitebor tibi in gentibus domine:et nomini tuo cantabo. Et iterum dicit. Letamini gētes:cum plebe eius. Et iterum. Laudate oēs gentes dñm:et magnificate eum omnes populi. Et rursum esaias ait. Erit radix iesse:& qui exurget regere gētes:i eū gētes sperabunt. Deus aūt spei repleat vos omni gaudio & pace in credēdo: vt abundetis in spe:& virtute spiritus sancti. Gr. Ex syō species decoris eius/ deus noster manifeste veniet. V. Congregate illi sanctos eius/ qui ordinauerūt testamētū eius super sacrificia. Alla. Alla. Virtutes celi mouebūt/ & tūc videbūt filiū hominis venientē in nubibus celi cū potestate et maiestate magna. Sequentia.

REgnantem sempiterna/ per secula susceptura:cōcio deuota concrepa. Diuino sono factori reddendo debita. Cui iubilant agmina celica: eius vultu exhilarata. Quem expectant omnia terrea/ eius nutu examinanda. Districtum ad

iudicia. Clementem in potẽtia. Tua nos salua christe clementia: ꝓpter quos pallus es dira. Ad poli astra sublena nitida: qui sorde tergis secula. Influat salus vera effugans pericula. Omnia vt sint munda tribue pacifica. Vt hic tua salui miseri cordia. Leti regna possideamus supera. Quo regnas secula per infinita. Amen. ℂ Secundum Lucam.

caꝑ. 21 ℰ

In illo tempore. Dixit iesus discipulis suis. Erunt signa in sole/et luna et stellis: et in terris pressura gentium/ꝓ confusione sonitus maris et fluctuum. Arescentibus hominibus/ꝓ timore et expectatione que superuenient vniuerso orbi. Nam virtutes celorum mouebuntur: et tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna/ꝫ maiestate. His autem fieri incipientibus: respicite et leuate capita vestra/quoniam appropinquat redemptio vestra. Et dixit illis similitudinem: Videte ficulneam: et omnes arbores. Cum producunt iam ex se fructum: scitis quoniã prope est estas. Ita et vos cum videritis hec fieri: scitote quoniam prope est regnum dei. Amen dico vobis: quia non preteribit generatio hec: donec omnia fiant. Celum et terra transibũt: verba autẽ mea non transibunt. Oꝛatio.

ꝑ 84 et oia infra.

Deus tu conuersus viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te: ostende nobis domine misericordiam tuam: ꝫ salutare tuũ da nobis. ℣. Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem iacob: remisisti iniquitatem plebis tue. ℣. Misericordia et veritas obuiauerunt sibi: veritas de terra orta est: et iustitia de celo prospexit.

Secreta.

Placare quesumus domine hũmilitatis nostre precib⁹ ꝫ hostiis: ꝫ vbi nulla suppetũt suffragia meritoꝝ: tuis nobis succurre pietatibus. Per dñm. Pax. quotidia. Ꝯio Hierusalẽ surge sta in excelso: ꝫ vide iocũditatẽ q̃ venerit tibi a deo tuo. Postcõio. Baruch. 4 ℰ

Refecti cibo potuq̃ spiritalis a limonie supplices te dñe deprecamur: vt huius participatione mysterii doceas nos terrena despicere ꝫ amare celestia. Per. ℂ Feria. iij. Epistola. Lectio zacharie prophete.

caꝑ. 8 ℑ

Hec dicit dñs deus exercituũ. Reuersus sum ad syon ꝫ habitabo in medio hierusalem: ꝫ vocabitur hierusalem ciuitas veritatis: et mons dñi exercituum mons sanctificatus. Hec dicit dñs deus exercituũ. Adhuc habitabũt senes/ꝫ anꝰ in plateis hierusalem ꝫ viri baculus i manu eius ꝓ multitudine dierũ. Et platee ciuitatis cõplebuntur infantibus: ꝫ puellis ludentibꝰ in plateis eiꝰ. Hec dicit dñs exercituũ. Si difficile videbitur in oculis reliquiarum populi huius in diebꝰ illis: nũq̃d in oculis meis difficile erit dicit dñs exercituũ. Hec dicit dñs exercituũ. Ecce ego saluabo populum meũ de terra orientis ꝫ de terra occasus solis: ꝫ adducam eos/ꝫ habitabunt i medio hierusalẽ/ꝫ erũt michi i ppm et ego ero eis in deum/in veritate ꝫ in iustitia. Dicit dominus omnipotẽs.

ℂ Euangelium Scõm Matheum

caꝑ. 11 ℑ

In illo tpe. Dixit iesus discipulis suis: et turbis iudeorum. Amen dico vobis: Inter natos mulierum non surrexit maior iohãne baptista. Qui aũt minor est in regno celorũ: maior est illo. A diebus aũt iohãnes baptiste vsq̃ nũc regnũ celorũ vim

patitur:& violenti rapiũt illud. Omnes enim prophete et lex: vsq; ad iohannem prophetauerunt. Et si vultis recipere:ipe est helyas q̃ venturus est. Qui habet aures audiendi:audiat. ℭ Fer. dj. ℭ Lectõ. ysaie pphe.

HEc dicit dominus deꝰ. Super muros tuos hierm cõstitui custodes:tota die et tota nocte in perpetuum non tacebunt. Qui reminiscimini dñi:ne taceatis:& ne detis silentium ei donec stabiliat/& donec ponat hierusalem laudem i terra. Jurauit dominus in dextera sua et in brachio fortitudinis sue. Si dedero triticum tuum vltra cibum inimicis tuis: et si biberint filij alienigene vinum tuum in quo laborasti. Quia qui congregabunt illud comedent/et laudabunt dominum:& qui comportant illud bibent in atrijs sanctis meis. Transite/trãsite per portas:preparate viam populo/planu facite iter:et eligite lapides/& eleuate signum ad populos. Ecce dominꝰ auditum fecit in extremis terre. Dicite filie syon/ecce saluator tuus venit:ecce merces eius cum eo/& opus illius coram illo. Et vocabunt eos populus sanctus:redempti a domino. Tu autem vocaberis quesita ciuitas: et non derelicta. ℭ Euangelium Secundum Johannem.

cap.x

IN illo tempore. Johannes testimonium perhibebat de dño et clamabat dicens. Hic erat quem dixi: qui post me venturus est ante me factus est / q̃ prior me erat. Et de plenitudine eiꝰ:nos oẽs accepimꝰ gratiã pro gratia:q̃ lex per moysen data est:gratia et veritas per iesum xp̃m facta est. Deũ nemo vidit vnq̃. Unigenitus filius qui est in sinu patris:ipse enarrabit.

ℭ Dominica tertia aduentus. Ad magnam missam. Officium.

GAudete in domino semper iterum dico gaudete: modestia vestra nota sit omnibus hominibus dominus prope est nichil solliciti sitis:sed in omni oratione petitiões vestre innotescãt apud deum. pᵒ. Et pax dei que exuperat omnem sensum:custodiat corda vestra/& intelligentias vestras. Gloria patri. Oratio. Phi. 4 a

ibidẽ.

AUrem tuã quesumus domine precibus nostris accõmoda:& mentis nostre tenebras gratia tue visitationis illustra. Qui viuit et regnat cum deo patre in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

ℭ Epistola. Ad Corinthios. I. cap 4 a

FRatres. Sic nos existimet homo vt ministros christi & dispẽsatores ministeriorꝫ dei. Hic iam quẽritur inter dispensatores:vt fidelis quis inueniatur? Michi autem pro minimo est vt a vobis iudicer / aut ab humano die:sed neq; meipsum iudico. Nichil enim michi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me:dominus est. Itaq; nolite ante tempus iudicare:quo adusq; veniat dominus/q̃ et illuminabit abscõdita tenebrarum/et manifestabit consilia cordium. Et tunc laus erit vnicuiq; a deo. ℭ Grad. Qui sedes super cherubin excita potentiam tuam et veni. dñe. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouẽ ioseph. Alleluya. ℣. Excita domine potentiã tuam et veni: vt saluos facias nos. Sequentia.

Psal. 79.

Ibidẽ.

Ibidẽ.

QUi regis sceptra fortis dextra solus ẽlicta. Tu plebi tuã ostẽde magnam excitãdo potẽtiã. Prestita illi dona salutaria. Quẽ predixerũt pphetica vaticinia. Aclara poli regia. In nostra ictu veni dñe arua.

Euangelium Secun-
dum Matthæum.

cap. 11. 3

IN illo tpe. Cū au-
disset iohānes in
vinculis opa xpi mittēs
duos de discipulis suis
ait illi. Tu es q̄ venu-
turus es: an alīū expecta
mus? Et respōdēs ie⁹ ait il
lis. Euntes renūciate io
hāni: q̄ audītis & vidētis. Cęci vidēt
claudi ābulāt: leprosi mūdant. Sur-
di audiūt: mortui resurgūt: pauper
euāgelizant. Et bēūs est q̄ nō fuerit
scandalizatus in me. Illis autē ab-
euntibus: cepit ie⁹us dicere ad tur-
bas de iohāne. Quid existis in deser
tum vidēre. Arundinē vento agita-
tam. Sed quid existis vidēre? Ho-
minem molibus vestitum? Ecce qui
mollib⁹ vestiuntur: in domibus re-
gū sūt. Sed quid existis vidēre? Pro
phetam? Etiā dico vobis: & plusq̄ p-
phetā. Hic est ei de quo scriptū est. Ec
ce ego mitto angelū meū ante faciē
tuā: qui pparabit viam tuam ante
te. Amē. Ps. Dīxisti dne terrā tuā: auerti
sti captiuit atē iacob remisisti iniquitatē ple
bis tue. Operuisti oīa pcā eor: mitiga-
sti omnem iram tuam. Conuertere nobis
domine misericordiam tuam: et salutare
tuum da nobis.

Secreta.

OBlationis nostre tibi domine
quesum⁹ hostia ingiter immo
letur: que & sacri pagat institutā my
sterij: et salutare tuum nobis mira-
biliter operetur. Per.

Prefatio quo
tidiana. Colo.

Isa. 35. b. Dicite pusillanimes con
fortamini et nolite timere / ecce deus no-
ster veniet & salvabit nos.

Postcōio.

IMplorāmus domine clemen-
tiam tuam: vt hec diuina sub
sidia a vicijs expiatos/ad festa ven-
tura nos pparent. Per dominum
nostrum ie⁹um christum filiū tuum.

Feria.iij. quatuor tepor. Offer.

ROrate celi
desuper & nubes
pluant iustum a-
periatur terra & ger-
minet salua-
torem. ps. Et ex-
spectet.
stinia opus me
ego dominus crea-
ui eum. Sequatur oratio hinc Do-
minus vobiscum. sed tantum cum

Oratio.

Oremus.

PRęsta quesumus omnipotens
deus vt redemptionis nostre
venturā solennitas: et presentis no
bis vite subsidia conferat: et eterne
beatitudinis premia largiatur. Per
dominum nostrum ie⁹um christum
filium tuum.

Lectio clare Phete.

IN diebus illis. Dixit clais p-
pheta. Erit in nouissimis die-
bus preparatus mons domus do-
mini in vertice montium: et eleua-
bit⁹ super colles. Et fluent ad eū
omnes gentes: et ibunt populi mul
ti et dicent. Venite ascendamus ad
montem domini / et ad domum dei
iacob: et docebit nos vias suas / et
ambulabimus in semitis ei⁹. Quia
de syon exibit lex: et verbum domi-
ni de hierusalem. Et iudicabit gen-
tes: et arguet populos multos. Et
conflabunt gladios suos in vomer
es et lanceas suas in falces. Non
leuabit gens contra gentem gladiū:
nec exercebuntur vltra ad prelium.
Domus iacob venite: et ambulem⁹
in lumine domini dei nostri. Grad.
Tollite portas principes vestras / et ele- ps. 23.
uamini porte eternales et introibit rex glo
rie. Alle. Quis ascendet in montem do- Ibid.
mini / aut quis stabit in loco sancto eius.
innocens manibus et mundo corde.
Hic non repetatur gradale: sed sta-
tim sequatur Dominus vobiscum.

Oratio.

Oremus.

Hesitāt quesumꝰ dñe ne tar
dameris ⁊ auxiliū nobis tuꝰ
tutis impende: vt aduentus tui cō
solationibus sublecuentur/qui i tua
pietate confidunt. Qui viuis. Per di
cuntur mēo-ct m. Lectō claie pphe.

IN diebus illis. Locutꝰ est dñs
nus ad achaz dicēs. Pete tibi
signum a domino deo tuo i pfundū
inferni/sine in excelsum supra. Et di
xit achaz. Non petā: et non tentabo
dñm. Et dixit. Audite ergo domꝰ da
uid. Nūquid parū vob̄ est molestos
esse hominib⁹: quia molesti estis ⁊ deo
meo? Propter hoc dabit dñs ipe vo
bis signum. Ecce virgo cipiet ⁊ pa
riet filium: ⁊ vocabitur nomen eius
emmanuel. Butyrū ⁊ mel comedet:
vt sciat reprobare malū: ⁊ eligere bo
num. Gr. Prope est dñs oib⁹ inuocā
tibus eū: oib⁹ qui inuocāt eū in veritate
℣. Laudem dñi loquetur os meū: ⁊ bene
dicat omnis caro nomen sanctum eius.

℣ Repetat gradale. Scām Lucam.

IN illo tempo
re missꝰ est an
gelus gabriel a deo
in ciuitatem galilee
cui nomen nazareth
ad virginē desponsa
tam viro cui nomen
erat ioseph de domo
dauid: ⁊ nomen virgi
nis maria. Et ingres
sus angelus ad eam
dixit. Ave gratia ple
na dominus tecum:
benedicta tu in mulieribus. Que cū
audisset/turbata est in sermone eius:
et cogitabat qualis esset ista salutā
tio. Et ait angelꝰ ei. Ne timeas ma
ria: invenisti enim gratiam apud de
um. Ecce concipies in vtero et paries
filium: et vocabis nomen eius iesum.
Hic erit magnꝰ ⁊ filius altissimi vo
cabitur. Et dabit illi dñs deus sedē
dauid patris eius ⁊ regnabit in domo
iacob in eternū/⁊ regni eius non erit
finis. Dixit autem maria ad angē
lum. Quomodo fiet istud/quū virum
nō cognosco? Et respōdens angelus
dixit ei. Spūs scām superveniet in
te ⁊ virtus altissimi obūbrabit tibi.
Idcoq; ⁊ qđ nascet ex te scām vocabi
tur filius dei. Et ecce elizabeth cogna
ta tua: ⁊ ipsa concepit filium i senectute
sua. Et hic mēsis est sexꝰ illi q̄ voca
batur sterilis: quia non erit impossibile
apud deū oē verbū. Dixit aūt maria
Ecce ancilla dñi. Fiat mihi: secūdum
verbū tuū. ℣ Ave maria gratia ple- Luc.
na dñs tecū: benedicta tu in mulieribus ⁊ 1 ℒ
benedictus fructus ventris tui. ℟. Idcoq;
et qđ nascetur ex te scām: vocabitur filꝰ
dei. Et dicitur cū suo versu. Secreta.

SAlutaris iemmio cōpetēres dñe
hostias immolāmꝰ: precia/vt ad
nativitatē panis eius his officijs p̄
paremur: p cūjꝰ rei sacrificio quoti. Cōio.
Ecce virgo cipiet ⁊ pariet filiū/⁊ vocabi- Ecce
tur nomen eius emmanuel. Postcōio. 7 ℒ

SAlutaris cui domle munere sa
tiati supplices deprecamur: vt
cuius letamur gustu/tenouemur et
fectu. Per dñm nrm iesū xp̄m filiū.
℣ Feria.vi.quatuoꝝ tēpoꝝ. Offm.

℣ Rope esto do/ ps̄al.
mine: ⁊ omnes vie tue 118
veritas inuitio cognos
ci de testimonijs tuis:
quia i eternum tu es
Psalmꝰ. Beati immaculati i via: qui am Ibid.
bulant in lege domini. Oratio.

Excita quesumꝰ dñe potētiā tuā
⁊ veni: vt hi q̄ i tua pietate cō
fidūt: ab oi citius aduersitate liberē
tur. Qui vivis. Lectio claie pphete.

Et dicit dñs deus. Egredietur cap.
virga de radice iesse: ⁊ flos de 11 I
radice eius ascēdet. Et requiescet sup ēi
spūs dñi: spūs sapiēcie ⁊ intellectus.

ſpiritus conſilij ⁊ fortitudinis/ſpiritus ſcientie et pietatis/et replebit eum ſpiritus timoꝛis domini. Non ſecundum viſionē oculoꝛum iudicabit: neq; ſecundū auditum auriū arguet. Sed iudicabit i iuſticia pauperes: ⁊ arguet i equitate p̄ mānſuetis terre. Et percutiet terrā virga oꝛis ſui: ⁊ ſpiritu labioꝛū ſuoꝛū interficiet impiū. Et erit iuſticia cingulū lumboꝛū ei⁹: ⁊ fides cinctoꝛium renū ei⁹. ℣. Oſtende nobis dñe miſericoꝛdiam tuā: et ſalutare tuū da nobis. ℟. Benedixiſti dñe terram tuam: auertiſti captiuitatē iacob. Repetatur grad̄. Secundum Lucā

In illo tēpoꝛe Exurgens maria abijt i montana cum feſtinatiōe in ciuitatē iuda: et intrauit in domum zacharie/⁊ ſalutauit elizabeth. Et factum eſt vt audiuit ſalutationem marie elizabeth exultauit infans in vtero eius. Et repleta eſt ſpiritu ſancto elizabeth: ⁊ exclamauit voce magna: ⁊ dixit. Benedicta tu inter mulieres: et benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc michi: vt veniat mater domini mei ad me? Ecce enī vt facta eſt vox ſalutationis tue in aurib⁹ meis: exultauit i gaudio infās i vtero meo. Et btā q̄ credidiſti: q̄m p̄ficiētur ea q̄ dicta ſunt tibi a dño. Et ait maria. Magnificat aīa mea dñm: ⁊ exultauit ſp̄ūs meus in deo ſalutari meo. Oꝛa. Deꝰ tu cōuerſus viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te. oſtēde nobis dñe miſam tuā: et ſalutare tuū da nobis. ℟. Benedixiſti domine terram tuam: auertiſti captiuitatem iacob/remiſiſti iniq̄tatem plebis tue. ℟. Miſa et veritas obuiauerunt ſibi/veritas de terra oꝛta eſt et iuſtitia de celo proſpexit. Secreta.

ſal. 84. Ibiō. cap. I D

Sacrificijs q̄s dñe ſalutaribus his diebꝰ aptemur mēliꝰ: q̄ꝰ illud eſt miſterij celebrādi cui ſeruit ois executio mādatoꝝ. p̄ d̄. p̄ref. quotidia. Cō. Ecce dñs veniet ⁊ oēs ſcti ei⁹ cū eo: ⁊ erit i die illa lux magna. ℣. Oſtende. Zach. 79 b

Perfice q̄s dñe miam tuā populo ſupplicāti: quem tuoꝝ refectū largitate donoꝝ ⁊ inſtātius gratiam poſtulare concedas. ℣. Per dñm.

Sabbato.iiij.tp̄m aduēt⁹. Oītm.

Veni et oſtende nobis faciē tuā dñe q̄ ſedes ſup cherubin ⁊ ſalui erim⁹. ℣. Qui regis iſrael intende: q̄ deducis velut ouē ioſeph. Oēs ōkones ſine. Dñs vobiſcum. dñr p̄ter vltimā q̄ eſt ātē eplam ſed tantum cum. Oꝛemus. Et oēs ōkones cū ſuis tirul legant. Oꝛem⁹. p. 79 Ibiō.

Deꝰ q̄ aſpicis q̄ ex nīa p̄rauita te affligimur ꝛcede p̄pic⁹: vt ex tua viſitatiōe ꝓſolemur. q̄. Lectō eſaie cap. 19 D

In dieb⁹ illis. Clama (pphete. Ibunt ad dñm a facie tribulantis: et mittet eis ſaluatoꝝem et p̄o pugnatoꝝem qui liberet eos. Et cognoſcetur dominus ab egypto: ⁊ cognoſcent egyptij dominū in die illa ⁊ colent eum in hoſtijs ⁊ muneribꝰ ⁊ vota vouebunt domino ⁊ ſoluent. Et percutiet dominus egyptum plaga: ⁊ ſanabit eā. Et reuertētur egyptij ad dñm ⁊ placabit eis: ⁊ ſanabit eos dñs deꝰ noſter. ℣. A ſummo celo egreſſio eiꝰ ⁊ occurſus eiꝰ vſq̄ ad cūmū eiꝰ. ℟. Celi enarrant gloriā dei: et opa manuū eiꝰ annūciat firmamētū. Nō repetatur gr̄. ſed dicatur ſtatim Oꝛem⁹. Oꝛa. p. 18 Ibiō.

Oncede q̄s oīp̄s deus/vt q̄ ſub peccatiiugo ex vetuſta ſeruitute tenīmur: expectata vnigeniti filij tui noua natiuitate liberemur. q̄. te.

Lectio ysaie prophete.

HEc dicit dñs letabitur deserta & inuia: & exultabit solitudo & florebit quasi lilium. Germinãs germinabit: & exultabit letabũda & laudãs. Gloria libani data est ei: decor carmeli & saron. Ipsi videbũt gloriã dñi: & decorem dei nostri. Cõfortate manus dissolutas: et genua debilia roborate. Dicite pusillanimes cõfortamini: et nolite timere. Ecce deus noster ultionẽ adducet retributiõis deus ipse veniet & sanabit nos. Tũc aperiẽtur oculi cecorũ: & aures surdorũ patebũt. Tũc saliet sicut cervus claudus: et aperta erit lingua mutorũ. Quia scisse sũt in deserto aque & torrẽtes in solitudine. Et que erat arida in stanũ & sitiẽs in fontes aquarum. Ait dñs omipotens. ℣. In sole posuit tabernaculũ suum: et ipse tanq̃ sponsus procedẽs de thalamo suo. ℟. A summo celo egressio eius: & occursus eius vsq; ad summum eius. Oratio.

INdignos nos q̃s dñe famulos tuos quos actiõis propie culpa deseruisse nouimus: beneficio unigeniti filij tui aduẽtus letificã. Qui tecũ. Lectio ysaie prophete.

HEc dicit dñs. Super montẽ excelsum ascende tu qui euãgelizas syõ: exalta in fortitudine vocẽ tuã qui euãgelizas hierusalẽ. Exalta noli timere. Dic ciuitatibus inde. Ecce deus vester. Ecce dñs deus in fortitudine veniet: & brachium eius dñabitur. Ecce merces eius cũ eo: & opus illius coram illo. Sicut pastor gregẽ suũ pascet in brachio suo cõgregabit agnos: & in sinu suo leuabit eos dñs deus noster. ℣. Deus deus virtutum conuerte nos: & ostende faciem tuã & salui erimus. ℟. Excita domine potentiã tuã & veni: vt saluos facias nos. Sequatur Oremus. Oratio.

PRetende queslumus omps deus: vt filij tui debita cura solẽnitas: & precibus nobis vite remedia conferat: & premia eterna cõcedat. Per eundem dominum. Lectio ysaie prophete.

HEc dicit dñs. Christo meo cyro cui⁹ apprehẽdi dexteram vt subiciã ante faciẽ ei⁹ gentes: & dorsa regum vertã. Et aperiã coram eo ianuas & porte nõ claudẽtur. Ego ãte te ibo & gloriosos terre hũliliabo. Portas ereas conteram: & vectes ferreos frangam. Et dabo tibi thesauros absconditos & archana secretorum: vt scias quia ego dñs q̃ voco nomẽ tuũ deus israel. Propter seruũ meũ iacob: & israel electũ meum. Et vocaui te nõ te tuo: assimilaui te & nõ cognouisti me. Ego dñs et nõ est amplius extra me nõ est deus. Accinxi te & nõ cognouisti me: vt sciant hi q̃ ab ortu solis & q̃ ab occidẽte: quia absq; me nõ est deus. Ego dñs: & nõ est alter. Formãs lucẽ & creãs tenebras faciẽs pacẽ/ & creãs malũ. Ego dñs: faciẽs oia hec. Rorate celi desuper: & nubes pluãt iustũ. Aperiat terra: et germinet saluatorẽ / & iustitia oriat simul. Ego dñs: creaui eum. ℣. Rorãte celi desuper: & nubes pluãt iustũ. ℟. Aperiat terra: et germinet saluatorẽ / & iustitia oriat simul. Ego dñs: creaui eum. Gradu. Excita dñe potentiã tuã & veni: vt saluos facias nos. ℣. Qui regis israel intende: q̃ deducis velut ouem ioseph: qui sedes super cherubin / appare coram effraym beniamin: & manasse. Sequitur Oremus. Oco.

PRecces populi tui queslumus dñe: vt qui iuste pro peccatis nris affligimur pietatis tue visitatiõe cõsolemur. Qui viuis. & reg. Lectio danielis prophete.

ANgelus dñi descẽdit cũ azaria & sociis ei⁹ in fornacẽ: & excussit flammã ignis de fornace & fecit medium fornacis quasi ventũ roris flãtẽ. Flãma aũt diffusa est super fornacẽ cubitis quadraginta nouẽ: & incẽdit quos repperit iuxta fornacẽ de caldeis ministros regis q̃ eam iniciebant. Illos aũt omnino nõ tetigit ignis / neq; contristauit: nec quicq̃ molestie intulit. Tunc hi tres quasi ex vno ore laudabãt & glorificabãt: & benedicebãt

deũ in fozmace dicentes. Duo clerici de secunda fozma/in suppellicys ad gradum chozi cantent Tractum.

dañ ℟ et oĩa inclea. ℣

Benedictus es dñe deus patrum nostrozũ. ℟. Et laudabilis et glozio sus in secula. Chozus idẽ repetat. Clerici. ℟ Et benedictum nomẽ glozie tue qõ est sanctũ. Chozus dicat Et laudabilis et glozioſum in secula. Clerici. ℟ Bñdict⁹ es in templo sancto glozie tue. Chozus. Et laudabilis et glozioſus in secula. Clerici. ℟. Benedictus es super thzonũ sanctum regni tui. Chozus Et laudabilis. Clerici. ℟ Benedictus es super sceptrũ diuinitatis tue. Chozus. Et laudabilis. Clerici. ℟ Benedict⁹ es qui sedes super cherubin intuens abyssos. Chozus Et laudabilis. Clerici. ℟ Bñdictus es q̃ ambulas super pennas ventoz. Chozus Et laudabilis. Clerici. ℟ Benedicãt te oĩs angeli et sãcti tui. Chozus Et laudẽt te et glozificẽt in secula. Clerici. ℟ Bñdicant te celi terra mare ⁊ omnia que in eis sunt. Chozus Et laudent te. Clerici. ℟ Glozia patri et filio et spũi sctõ. Chozus Et laus et honoz potestas ⁊ imperiũ. Clerici. ℟ Sicut erat in pzincipio et nunc et sẽper et in secula sc̃oz amẽ. Chozus Et laus ⁊ ho. De de clerici scipiãt pzimũ versũ tract et percãtet a chozo. Et postea dicat sacerdos Dñs vobiscũ. ℟ Oze⁹. Oz

Deus q̃ trib⁹ pueris mitigasti flãmas igniũ ꝛcede ꝛpicius: vt nos famulos tuos nõ exurat flãma viciozũ. ℣ er vo. Dic dicunt memorie ꝛsuete. Epistola. ad Thessalonicẽses

2. cap. 2 ℟

Fratres. Rogam⁹ vos p aduẽtum dñi nri ihesu xpi ⁊ nre congregãtionis i ipsũ: vt nõ cito moueamini a vro sensu/neq; terreami ni/neq; per spiritũ/neq; p sermonẽ/ neq; per epistolã tanq̃ p nos missã/ quasi instet dies dñi. Ne quis vos seducat: vllo mõ. Qñ nisi venerit discessio primũ/⁊ reuelatus fuerit hõ peccati filius perditiõis/qui aduersatur ⁊ extollitur supza omne qõ dicit deum/aut quod colitur: ita vt in tẽplo dei sedeat: ostẽdens se tanq̃ sit deus. Non retinetis quoniã cũ adhuc esse apud vos: hec dicebã vobis. Et nunc quid detineat scitis: vt reuelet i suo tempoze. Nam mysteriũ iam operatur iniquitatis: tãtũ vt q̃ tenet nũc teneat/donec de medio fiat. Et tũc reuelabitur ille iniquus quem dñs iesus interficiet spiritu oris sui: ⁊ destruet illustratione aduentus sui.

Duo clerici de sectida fozma i cappis nigris ad gradum chozi simul dicãt totũ et integrum istum Tractum.

Qui regis israel intẽde: qui deducis velut ouẽ ioseph. ℟ Qui sedes super cherubin appare cozã ephraym beniamin ⁊ manasse. ℣ Excita dñe potẽtiã tuã ⁊ veni vt saluos facias nos. Secũdum Lucan

Anno quintodecimo imperij tyberij cesaris/pcurãte pontio pylato iudeã/tetrarcha aũt galilee herode: philippo autẽ fratre eius tetrarcha ituree: ⁊ trachonitidis regionis: ⁊ lysania abilinẽ tetrarcha/sub pncipib⁹ sacerdotũ anna et caypha factũ est verbũ dñi sup iohãnẽ zacharie filiũ in deserto. Et venit i omnẽ regionẽ iozdanis pdicãs baptismũ penitentie in remissionem peccatorum: (sicut scriptum est in libzo sermonum esaie pzophete). Vox clamãtis in deserto: parate viam domini rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur: ⁊ omnis mons et collis humiliabitur. Et erũt pzaua in directa: et aspera in vias planas. Et videbit omnis caro salutare dei.

Offe. Exulta satis filia syõ: pzedica filia hierlm: ecce rex tu⁹ venit tibi sanct⁹ ⁊ saluato. ℣ Loquetur pacẽ gẽtib⁹: ⁊ potestas eius a mari vsq; ad mare: et a flumine vsq; ad terminos orbis terre.

Secreta.

Super has hostias fidelium dñe quesum⁹ ꝛpicio vultu respice:

ꝙ qz nostris meritis nō valem⁹/his potius munerib⁹ tuo occurrui gmen demur. Qui vi. Dictatio quotidia. Ibid. Exultauit vt gygas ad currendam viā: a summo celo egressio eius: et occurr⁹ eius vsq; ad summum eius. Post ibid.

Quesumus domine de⁹ nr̄m: vt sacro sancta mysteria que pro reparationis nostre munimine cōtuli mus: et pr̄sēs nobis remedium esse facias et futurū. Per dominum nr̄m ihesum christum filium tuum. Qui.

Si quacūq; feria dies natiuitatis dñi cōtigerit: sex ieunia. iiij. tēporū sc̄a tertia ebd. aduent⁹ dñi: celebrent.

Dominica quarta aduentus dominī. Ad missam. Officium.

Esto nostri dñe in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo ad videndū i bonitate electorū tuorum i leticia gentis tue/vt laueris cum hereditate tua. ps. Peccauimus cum patrib⁹ nostris: inique egimus / iniquitatem fecimus. Gloria patri. Oratio.

Excita qs dñe potētiā tuā: et veni: et magna nobis virtute succurre vt per auxiliū gratie tue quod nostra peccata pr̄pediunt: indulgētia tue propiciatiōis acceleret. Qui vivis. Ad philippenses.

Fratres. Gaudete in dño sēper iterū dico gaudete. Modestia vestra: nota sit oīb⁹ hominib⁹. Dñs enī ppe est. Nichil solliciti sitis: sed in omni oratiōe et obsecratiōe cū gr̄arū actiōe pticiōes vestre innotescāt apud deū. Et pax dei q̄ exuperat oēm sensū: custodiat corda vestra/et intelligētias vestras. In xp̄o ihesu: dño nr̄o. Qp̄ propter est dñs oīb⁹ iuorātib⁹ eū: oīb⁹ qui inuocāt eū i veritate. Laudē dñi loquetur os meum: et benedicat omnis caro nomen sanctum eius. Alleluya. Ibidē. Veni domine et noli tardare: relaxa facinora plebis tue. Sequentia.

Iubilemus omnes vna. Deo nostro qui creauit omnia. Per quem cuncta condita sunt secula. Celoq; plurima/luce choruscat: et diuersa sunt sydera. Sol mundi sceptra/noctium dec⁹ luna: ceteraq; splēdentia. Mare solum/alta plana: ac profunda flumina. Aeris ampla spacia que discurrunt aues venti atq; pluuia. Hec simul cuncta tibi deo soli patri militant. Nunc et in cuncta sine fine per secula/laus eorum tua gloria. Qui pro salute nostra: prolem vnicam. Patri in terram misisti sine culpa: sed ob nostra delicta. Te trinitas precamur/vt corpora nostra et corda. Lacrgas et protegas et dones peccatorum veniam. Amē.

Euangelium Secundum Johannem. cap. i &.

In illo tēpore. Miserunt iudei ab hierosolymis sacerdotes et leuitas ad iohannem: vt interrogarent eū. Tu quis es? Et confessus est: et non negauit. Et confessus est: quia non sum ego christus. Et interrogauerunt eum quid ergo? Helyas es tu? Et dixit. Nō sum. Propheta es tu? Et respondit. Non. dixerūt ergo ei. Quis es: vt responsum demus his qui miserunt nos? Quid dicis de teipso? Ait. Ego vox clamantis in deserto: dirigite viā domini/sicut dixit esaias propheta. Et qui missi fuerant: erant ex pharisei. Et interrogauerunt eum: et dixerunt ei. Quid er-

go baptizas si tu non es chr̃istus neq; helyas / neq; pr̃opheta? Respondit eis iohãnes: dicens. Ego baptizo in aqua: medi⁹ autẽ vestrũ stetit quẽ vos nescitis. Ipse est qui post me vẽturus est: qui ante me fact⁹ est/ cui⁹ ego nõ sum dign⁹ vt soluã ei⁹ corr̃igiã calciamẽti. Hec i bethania facta sunt trãs iordanẽ: vbi erat iohãnes
Ela. baptizãs. Offr. Cõfortamini & iam no-
35.b. lite timere: ecce enĩ de⁹ noster retribuet iudiciũ/ ipse veniet et saluos nos faciet. v⁹. Tunc aperientur oculi cecorum: et aures surdorũ audient: tũc saltabit claud⁹ quasi cervus & clara erit lingua mutor. Secr.

Sacrificijs pr̃esentib⁹ qs dñe placatus intende: quib⁹ ad filij tui natiuitatẽ suscipiendã purificemur p̃er eũdẽ. Pr̃efatio quotidiana Cõio
Ela. Ecce virgo r̃cipiet & pariet filiũ/ & vocabi-
7 L tur nomen eius emmanuel. Postcõio.

Populũ tuũ quesum⁹ dñe dono rum tuor̃ largitate pr̃equere: vt a malis oĩb⁹ sacramẽtor̃ tuor̃ virtute pr̃otect⁹: ad leticiabile mysteriũ celebrandum/ & mẽte pr̃eparetur et cor̃pore. P̃er dñm nr̃m iesũ xp̃m filiũ. Feria. iij. Lectio ysaie pphte.

2. et 3 cap. d F Et dicit dñs de⁹. Exultate filie Syõ: & letamini i dño deo vestro qui dedit vobis doctorẽ iustitie: & descẽdere faciet ad vos imbr̃em matutinũ & serotinũ/ sicut in pr̃icipio. Et implebũtur aree frumẽto: & redũdabunt torcularia vino & oleo. Et scietis q̃ ego dñs deus vester habitãs i syon in mõte sancto meo & in hierusalem sãcta/ & alieni nõ trãsibunt p eam amplius. Et erit in die illa: stillabunt mõtes dulcedinẽ & colles fluẽt lacte/ & per oẽs riuos iuda ibũt aq̃/ & fõs de domo dñi egrediet/ & irrigabit torr̃entẽ spinar̃. Egypt⁹ in desolationem erit & ydumea i desertũ perditionis: pro eo q̃ iniq̃e egerũt i filios iude/ & effuderũt sãguinẽ innocẽtem terra sua. Et iudea i eternum habitabitur: & hierusalem in generatione et generationem. Et mundabo sanguinem quem non mundaueram: et dominus commor̃abitur in syon a seculo: et vsq; in seculum.

Secundum Lucam. Cap. 7 f

In illo tempor̃e. Exijt sermo iste uniuersam iudeam de iesu. Et nunciauerunt iohanni discipuli eius de omnibus his. Et conuocauit duos de discipulis suis iohannes: et misit ad iesum dicens. Tu es qui venturus es: an alium expectamus? Cum autem venissent ad eũ viri: dixerunt. Iohannes baptista: misit nos ad te dicens. Tu es qui vẽturus es: an alium expectamus? In ipsa autem hor̃a: curauit multos a languor̃ibus suis et plagis et spiritibus malis: & cecis multis donauit visum. Et respondens dixit illis. Euntes/ renunciate iohanni: que vidistis et audistis. Quia ceci vident: claudi ambulant/ leprosi mundantur. Surdi audiunt/ mor̃tui resurgunt: pauperes euangelizantur. Et beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Et cum discessissent nuncij iohannis/ cepit dicere de iohanne ad turbas. Quid existis in desertum videre? Arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? Hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui in veste pr̃eciosa sunt et in delicijs: in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? P̃ropheta? Utiq; dico vobis: et plusq; pr̃opheta. Hic est de quo scriptum est. Ecce mitto angelum meum ante faciem tuã qui pr̃eparabit viam tuam ante te. Dico enĩ vob̃: maior̃ inter natos mu

lierum pzopheta iohanne baptista nemo est. Qui autem minoz est in regno celozum: maioz est illo.

℣ Feria. vi. Lectō zacharie pphete.

ET dicit dominus. Lauda & letare filia syō: quia ecce ego venio & habitabo in medio tui/ait dominus. Et applicabunt gentes multe ad dñm in die illa: et erunt michi in populū. Et habitabo in medio tui & scies qz dñs exercituū misit me ad te. Et possidebit dñs iudam partem suam in terra sanctificata: et eliget adhuc hierusalē. Sileat omnis caro a facie dñi: qz exsurrexerit de habitaculo sctō suo. Dicit dominus ombs.

℣ Euangelium Secundū Marcum

IN illo tempoze. Dixit iesus discipulis suis. Videte & cauete a fermento pharisēoz: & a fermēto herodis. Et cogitabant ad alterutrum dicētes: qz panes non habemus. Quo agnito: ait illis iesus. Quid cogitatis: qz panes non habetis? Nōdum cognoscitis: nec intelligitis. Adhuc cecatum habetis coz vestrū. Oculos habentes/non videtis: & aures habentes/non auditis. Nec recoz damini quando quinq panes fregi in quinq milia: & quot cophinos fragmentoz plenos sustulistis? Dicunt ei. Duodecim. Quando & septem panes in quatuoz milia hominum: quot sportas fragmentoz tulistis? Et dicunt ei. Septem. Et dicebat eis. Quomodo nondum intelligitis? Et venit bethsaidam & adducunt ei cecum. Et rogabant eum/ vt illum tangeret. Et apprehēsa manu ceci: eduxit eum extra vicum. Et expuens in oculos eius & impositis manibus suis interrogauit eum: si quid videret. Et aspiciēs ait. Video homines velut arbozes ambulātes. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius & cepit videre. Et restitutus est ita vt clare videret omnia: et misit illum in domum suam dicens. Vade in domum tuam: et si in vicum introieris: nemini dixeris.

℣ In vigilia natiuita. dñi. Officiū.

HOdie scietis qz veniet dominus & saluabit vos: et mane videbitis gloziam eius. ps Domini est terra & plenitudo eius orbis terrarum: et vniuersi qui habitant in eo. Si hec vigi. in do. euenerit dicitur cantus super Kyrie eley. Sanctus. et Agnus. sicut in festo simpl. ir. lec. sinautem dz cantus fer. Oratio.

DEus qui nos redemptionis nostre anna expectatione letificas: pzesta vt vnigenitum tuum quē redēptozem leti suscipimus: venientem quoq3 iudicē securi videam9: dominū nostrū iesum xp̄m filium tuū. Qui tecum viuit. Nulla fiat mētio. Missus puer accolitus legat hāc lec. alba indutus ad gradum chozi: tū si dñica fuerit. legatur in pulpito et semper cum suo titu. Lectio ysaie ppheta.

HEt dicit dñs deus. ps Propter syō non tacebo et propter hierusalem nō quiescā: donec egrediatur vt splendoz iustus eius/et saluator eius vt lāpas accēdatur. Et videbūt gentes iustum tuū: et cuncti reges inclytū tuū. Et vocabitur tibi nomē nouū quod os dñi nominauit. Et eris coz ona glozie in manu domini: et diadema regni in manu dei tui. Non vocaberis vltra derelicta: et terra tua non vocabit amplius desolata. Sed vocaberis voluntas mea in ea: & terra tua inhabitabitur quia complacuit domino in te. Deinde absq3 interuallo legatur epistola. Ad romanos.

cap. I ℣ Fratres. Paulus seruꝰ ieſu xpi vocatꝰ apoſtolus/ſegregatꝰ i euãgeliũ dei: quod ante pmiſerat p yphetas ſuos in ſcripturis ſãctis de filio ſuo qui factꝰ eſt ei ex ſemine da uid ſcõm carnẽ. Qui predeſtinatꝰ eſt filius dei in virtute ſcõm ſpm ſanctificationis ex reſurrectiõe mortuorũ ieſu xpi dñi noſtri: per quẽ accepimꝰ gꝝam ⁊ apoſtolatũ ad obediẽdũ fidei in oĩbus gentibus p nomine eiꝰ. In quibꝰ eſtis ⁊ vos vocati: ieſu xpi dñi noſtri. ℟. Hodie ſcietis q̃ veniet dñs ⁊ ſaluabit nos: ⁊ mane videbitis gliam eiꝰ. ℣. Qui regis iſrael intẽde: q̃ deducis velut ouẽ ioſeph/q̃ ſedes ſuper cherubin appare coꝝã effrain beniamin ⁊ manaſſe. Si hec vigi. in do. eue. miſ. ds do. i ca. dr: ⁊ fiat memo. de ſcta maria et de oĩbꝰ ſãctis tm̃. Miſ. vero de vigi. ad autẽ: eũ altare ſine aliqua mẽo. cum hoc Alla. ℣. Craſtina die delebitur iniq̃tas terre ⁊ regnabit ſuper nos ſaluatoꝝ mũdi. Sequẽtia. Jubilemus oẽs. vt̃. kol. viii. Si vero dñica non fuerit: tunc Alleluya. ⁊ ſequentia pretermittantur. ℭ Secundum Matheum.

cap. I ℒ In illo tpe. Cũ eſſet deſpõſata mater ieſu maria ioſeph ãteq̃ conuenirẽt: inuẽta eſt i vtero/habẽs de ſpũſcto. Joſeph aũt vir eius cũ eſſet iuſtus ⁊ nollet eã traducere: voluit occulte dimittere eã. Hec aũt eo cogitãte ecce angelus dñi i ſomnis apparuit ei dicẽs. Joſeph fili dauid: noli timere accipere mariã coniugẽ tuã. Quod enim in ea natũ eſt: de ſpũ ſãcto eſt/pariet aũt filiũ: ⁊ vocabis nomẽ eiꝰ ieſum. Ipſe enim ſaluũ faciet ppm ſuũ a pcis eoꝝũ. ℣. Tollite portas pncipes veſtras: ⁊ eleuamini portę eternales: ⁊ introibit rex glie. ℟. Domini eſt terra et plenitudo eius orbis terrarum: ⁊ vniuerſi qui habitant in eo. Alle ℟. ſi dominica fuerit eo anno pretermittatur. Secreta.

Da nobis queſumus omnꝑs deꝰ vt ſicut ad adoꝝãda filij tui natalicia pꝛeuenimꝰ: ſic eiꝰ munera capiamus ſempiterna gaudẽtes. Per eundem. Oratio quotidiana. Loco. Reuelabitur gloꝛia domini et videbit omnis caro ſalutare dei noſtri. Poſtcõio. Eſa. 4.o

Da nobis q̃s dñe vnigeniti filij tui recẽlita natiuitate reſpirare: cuius celeſti myſterio paſcimur ⁊ potamur. Per eundem dominum. ℭ In nocte nati. dñi poſt. ir. lec. cãtetur hoc euãg. in pulpito a dyacono. Initiũ ſcti euãgelij. Scõm matheũ.

cap. I ℐ Liber gñationis ieſu xpi filij dauid: filij abꝛahã. Abꝛaham genuit iſaac. Iſaac aũt: genuit iacob Jacob aũt: genuit iudã ⁊ fratres eiꝰ. Judas autẽ: genuit phares ⁊ zaram de thamar. Phares aũt: genuit eſron. Eſron autẽ: genuit ram. Aram aũt: genuit aminadab. Aminadab aũt: genuit naaſſon. Naaſſon autem: genuit ſalmon. Salmõ autem: genuit booz de raab. Booz autem: genuit obeth ex ruth. Obeth aũt: genuit ieſſe. Jeſſe autẽ: genuit dauid regẽ. Dauid autẽ rex: genuit ſalomonẽ ex ea que fuit vrie. Salomon aũt: genuit roboã. Roboã aũt: genuit abiam. Abia aũt: genuit aſa. Aſa autẽ: genuit ioſaphat. Joſaphat aũt: genuit ioꝝã. Joꝝam aũt: genuit oziã. Ozias aũt: genuit ioathã. Joathã aũt: genuit achaz. Achaz autẽ: genuit ezechiã. Ezechias autẽ: genuit manaſſẽ. Manaſſes aũt: genuit amõ. Amon aũt: genuit ioſiã. Joſias aũt: genuit iechoniã ⁊ fratres eiꝰ in tranſmigratione babylonis. Et poſt tranſmigrationem babylonis iechonias genuit ſalathiel. Salathiel autem: genuit zoꝛobabel. Zoꝛobabel autẽ: genuit abiud. Abiud autẽ: genuit eliachim. Eliachim aũt: genuit azoꝛ.

Azor aūt:genuit sadoch. Sadoch aūt genuit achim. Achi aūt:genuit eliud Eliud autē:genuit eleazar. Eleazar aūt:genuit mathā. Mathā autē:genuit iacob. Jacob aūt:genuit ioseph virū marie. De qua nat9 est ies9:qui vocatur chr̄istus. Finito euangel. sacerdos incipit psalmū Te deum laud. quo dicto rectores chori incipiāt missa

¶ In gallicantu. Officium.

Dominus dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te ps. Quare fremuerunt gentes: et populi meditati sunt inania. Ixyri eius cum suis ūlibus. Sequatur Gloria in excelsis. more dupl. fest. Sciendū est q̄ tp̄e ad mis. ōr. Gloria in excelsis quotiēs ad maturi ōr. Te deum nisi missa. Salus populi. vel mis. de cruce vel mis. de. in aliquo fest. in. lec. vel infra octa. sine regi. chori cantanda erit. Quādo vero aliqua missa de sigi. vel de fest. in. lec. in capi. die dn̄i: tūc etiā ōr cātus sup Xp̄i eleyson. Gloria in ex- q̄n ōr. Credo. et Agnus. et Ite missa est. sicut in fest. in. tr. Similiter fit q̄n ōr mis. dn̄icalis i cap̄. die dn̄ica tūc etiā dicet Credo. Oratio.

Deus q̄ hanc sacratissimā noctē veri luminis fecisti illustratione clarescere: da q̄s/ vt cuius lucis mysteria in tra cognouimus: eius quoq; gaudijs in celo p̄fruamur. Qui tecū. Duo clerici ī ecclia forma i cappis ad cornu epistole accedunt. Et vnus eorum incipit

Laudes deo dicā per secula: qui me plasmauit in manu dextera/ atq; redemit cruce purpurea: sanguine nato. Hic cātetur alternatim.

Lectio esaie p̄phete.

In qua xp̄i lucida/ vaticinatur natiuitas. Hec dicit dn̄s. Pater/ filius/ sc̄ūsp̄us: in quo sunt ola cōdita supna atq; yma. Populus gētiū qui ambulabat i tenebris. Q. uē creasti quē fraude subdola hostis expulit paradiso: et captiuatum secum traxit ad tartara. Vidit lucē magnā Hilserit et imania nocte media pastoribus lumina. Habitātibus in regione vmbre mortis lux. Super eos natus est nobis. Magnus hic erit iesus filius dei. Et filius. Altissimi. Datus est nobis. Hbarre sima p̄dicti sic erat. Et factus est p̄incipat9 sup humerū eius. Ut celos regat/ atq; arua. Et vocabitur nomen eius. Mesyas/ soter/ emanuel/ sabaoth/ adonay. Admirabilis. Sadit danid. Consiliarius. Dei pūs. Deus. Qui creauit ola. Fortis. Saratri clausura perimes teterrima. Pater futuri sēli Ser ompis et cūcta regēs. Princeps pacis. Dicit in eū. Multiplicabitur eius imperiū. In hierusalē iudea sine samaria. Et pacis non erit finis. Per sēla sempiterna. Sup solium danid et super regnū eius sedebit. Et regni meta sui nō erit aliqua. Ut confirmet illud. In fidei pignore. Et coram hoīe in iudicio et iustitia. Iudex cū venerit iudicare sēlm. A mōdo. Illi debetur gloria laus et iubilatio. Et vsq; in sempiternū. Hic cātet tunc vsq; ad finē. Ab ortu solis vsq; occiduos ad fines mūdi oībus p̄ climata laus creatori resonet cōgrua. Amen dicāt omnia. Vbi non habetur cantus legatur. Lectio esaie p̄phete.

Hec dicit dn̄s deus. Populus gētiū qui ambulabat in tenebris vidit lucē magnā. Habitantibus in regiōe vmbre mortis: lux orta est eis

Parvulus enī natus est nobis: ⁊ filius datꝰ est nobis. Et factus est principatus sup humerū eius: ⁊ vocabit nomē eius admirabilis/cōsiliarius/deus fortis/pater futuri seculi/princeps pacis. Multiplicabitur eiꝰ imperiū: ⁊ pacis non erit finis. Sup soliū dauid ⁊ sup regnū eiꝰ sedebit: vt cōfirmet illō ⁊ corroborꝫ et in iudicio ⁊ in iustitia. Amodo et vsqꝫ in sempiternū. Sine intervallo. ℭ Lectio epistole beati Pauli apostoli. Ad tytum.

cap. 2 D

Charissime. Apparuit grā dei saluatoris nostri oībus hominibus: erudiēs nos vt abnegātes impietatē ⁊ secularia desideria sobrie ⁊ iuste ⁊ pie viuamus in hoc seculo. Exspectātes beatā spem: ⁊ aduentū glie magni dei/⁊ saluatoris nri iesu xpi. Qui dedit semetipsum p nobis/vt nos redimeret ab omni iniquitate: ⁊ mūdaret sibi populū acceptabilē/sectatorem bonoꝝ. Hec loquere: et exhortare. In xpō iesu: dño nro. Gr. Tecū principiū in die virtutis tue in splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferū genui te. ℣. Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuoꝝ. Alleluya. ℣. Dominus dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. Sequentia.

Psal. 109 ibidē. ps. 2

Nato canūt omia dño pie agmia. Syllabatim neumata plūrigē do organica. Hec dies sacrata i qua noua sunt gaudia: mūdo plene edita Hac nocte pcelsa intonuit ⁊ glia in voce angelica. Fulserūt ⁊ immania nocte media pastoribus lumina. Dū fouent sua pecora subito diua percipiūt monita. Natꝰ alma virgine qui erat ante secula. Est imensa in celo glia par ⁊ i tra. Sic ergo celi caterua altissime iubilat. Et tāto canore tremat alta poli machia. Sonet ⁊ p oia hac i die glia voce clara reddita. Humana ꝛcrepēt cūcta deū natū in terra. Cōfracta sunt imperia hostis crudelissima. Par i terra reddita/nūc letētur oia nati per eorꝫdia. Solꝰ qui tuetur omnia. Solus qui ꝛdidit oia Ipse sua pietate soluat oia peccata nostra. Amen. ℭ Euangelium more duplicis festi. Secundum Lucam.

cap. 2

In illo tēpore. Exiit edictū a cesare augusto: vt describeret vniuersus orbis.

Hec descriptio prima facta ē a preside syrie cyrino. et ībāt oēs: vt profiterentur singuli i suā ciuitatem. Ascendit autē ⁊ ioseph a galilea de ciuitate nazareth in iudeā ciuitatē dauid que vocatur bethleē: eo qꝫ esset de domo ⁊ familia dauid/vt profiterꝫ cum maria desposata sibi vroze pgnāte. Factū est aūt cū essent ibi impleti sunt dies vt pareret. Et peperit filiū suū primogenitū. Et pānis eū inuoluit: et reclinauit eū i presepio: qz nō erat eis locus i diuersorio. Et pastores erāt in regiōe eadē vigilātes et custodiētes vigilias noctis: supra gregē suū. Et ecce angelꝰ dñi stetit iuxta illos: ⁊ claritas dei circūfulsit illos/⁊ timuerūt timore magno. Et dixit illis angelꝰ. Nolite timere. Ecce enim enāgelizo vobis gaudiū magnū qd erit oi populo: qz natus est vobis hodie saluator qui est xps dns in ciuitate dauid

Et hoc vobis signū. Inuenietis infā
tē pānis involutū: & positū i presepio.
Et subito facta est cū āgelo multitu
do militie celestis laudantiū deū/& di
centiū. Gloria i altissimis deo: & i terra
pax hoīb⁹ bone voluntatis. Q credo.
Int. Letentur celi et exultet terra: ante
faciem domini quoniam venit. Secreta.

Accepta sit tibi dñe ꝗs hodier:
ne festiuitatis oblatio: vt tua
gra largiēte p hec sacrosca ꝓmercia
in illius inueniamur forma i quo te
cū est nra substātia: tecū ꝙps dñs nr.
Qui tecum. Pcfa. Mr per incarna.
Nec pcf. ōr in nat. dñi ad oēs mis. &
quotidie p ebdo. & in die circū. dñi. et
in oīb⁹ missis de sācta maria ab hac
die vsq; ad purificatio. Cōicantes.
vero ōr tēp vsq; ad circū. & i die circu.
Cōio. In splendoribus sanctorum ex vte
ro ante luciferum genuite. Postcōio.

DA nobis ꝗs dñe de⁹ noster vt
qui natiuitatem dñi nostri ie:
su xpi nos frequētare gaudemus: di
gnis ꝙuersationibus ad eius merea
mur pertingere ꝓsortium. Qui tecū.
Ad missam in aurora. Duncinm.

NAt fulgebit ho
die super nos / quia na:
tus est nobis dominus &
vocabitur admirabilis
deus/princeps pacis / pater futuri
seculi: cuius regni non erit finis. ps.
Dominus regnauit decorem indutus est:
indutus est dominus fortitudinem et pre
cinxit se. Ad hanc missam. Kyri eley.
absq; tri. Gloria in. Sanctus. et
Agnus. sicut in festo simplici nouem
lectionum dicuntur. Oratio.

DA ꝗs omnipotens de⁹ / vt qui
nona incarnati verbi tui luce
perfundimur: hoc in nro resplendeat
opere: quod per fidē fulget in mēte.
Per eundem dñm. Commemoratio de
sancta anastasia sub hac oratione.

DA ꝗs omnipotēs deus/ vt qui
beate anastasie martyris tue
solemnia colimus: eius apud te patro:
cinia sentiamus. Per dñm nostrum.
Ad hāc missā nō dñr plures oratones
vel pauciores. Seqns lec. legat i pul
pito ab vno clerico de secūda forma.

Lectio ysaie prophete.

HEt dicit dñs. Spūs dñi super cap.
me: eo ꝙ unxerit me. Ad annū 91 B
ciandum mansuetis misit me: vt me
derer contritis corde/& predicarem ca
ptiuis indulgentiā & clausis apparitio
nē. Vt predicarē annū placabilē dño
& diē ultionis deo nro. Vt consolarer
oēs lugentes: & ponerē consolationē lu:
gentibus syō. Et darē eis coronā p ci
nere: oleū gaudij pro luctu/pallium
laudis p spū meroris. Et vocabūtur
in ea fortes iusticie: plantatio dñi ad
glorificādū. Ecce dñs auditū fecit: in 28
extremis terre. Dicite filie syō. Ecce
saluator tuus venit: ecce merces eius
cū eo/& opus illius coram illo. Et vo
cabūt eos pplm sctm: redēpti a dño.
Sine intervallo. Lectio epistole bea
ti pauli apostoli/ad Tytum.

CArissime. Apparuit benigni cap.
tas & humanitas: saluatoris 3 B
nri dei. Nō ex operib⁹ iusticie que fe
cimus nos: sed scōm suam miam sal
uos nos fecit. Per lauacrū regene
rationis & renouationis spūsti: quē
effudit in nos abunde/per ihesū xpm
saluatorem nostrum. Vt iustificati
gratia ipius: heredes simus secūdū
spem vite eterne. In christo ihesu: dño
nostro. Gr. Benedictus ꝙ venit in nōie Ps.
dñi: deus dñs et illuxit nobis. ℣. A dño fa: 117
ctum est istud: et est mirabile in oculis no: Ibid.
stris. Alleluya. ℣. Dominus regnauit p. 92
decorem indut: indutus dominus fortitudi
nem et precinxit se virtute. Sequentia.

SOnet regi nato nostra cantica.
Cuius pat fecit olim mk est virgo
sacratissima. Generās hic nescit fe:

minā: illa est sine viro grauida. Verbū corde patris genitū ante scla. Alnus matris gessit corporatū p tēpora. O mira genitura/o stupēda natiuitas. O proles gloriosa / humana diuinitas. Sic te nasciturum fili dei vates docti tuo spū direrant. Sic te oriente laudes tibi cantant/pacē terris angeli nunciant. Elemēta vultū exhylarant. Oēs sācti gaudentes iubilant. Salue clamādo nosq; salua. Deitas in personis trina. Simplex vsya. Euange. in pulpito more dñicali legatur. Secundum Lucam.

cap. 2 L

In illo tpe. Pastores loquebantur adinuicē. Transeam⁹ vsq; bethleē: & videam⁹ hoc verbū qđ factū est/qđ fecit dñs et ostēdit nobis. Et venerunt festinantes: & inuenerūt mariā & ioseph/& infantē positū in presepio. Videntes aūt cognouerūt de verbo quod dictū erat illis de puero hoc. Et oēs q̄ audierant mirati sūt de his: q̄ dicta erant a pastoribꝰ ad ipsos. Maria aūt conseruabat oia verba hec: cōferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores glorificātes & laudātes deū: in omnibus q̄ audierāt & viderāt sicut dictū est ad illos. Credo. Ps. 92 Offa. Deus enim firmauit orbē terre qui non commouebitur: parata sedes tua deus extunc a seculo tu es. Secreta.

Munera nostra q̄s domine natiuitatis hodierne mysteriis apta proueniant: vt sicut homo genitus idē refulsit deꝰ: sic nobis hec terrena substātia conferat quod diuinū est. Per eundē dñm. Alia secreta.

Accipe q̄s dñe munera dignanter oblata: & tuē anastasie suffragantibus meritis/ad nre salutis auxiliū prouenire cōcede. Per dñm. Prefatio. & Cōmunicātes. de natiui. zacha 9 L Cōio. Exulta filia syon lauda filia hierusalem: ecce rex tuus venit sanctus et saluator mundi. Postcōmunio.

Huius nos dñe q̄s sacramēti festa per natalis nouitas instauret cuiꝰ natiuitas singularis humanā repulit vetustatē. p eūdē. Alia postcō.

Sanctifica dñe familiā tuā muneribꝰ sacris: eiq̄s semp ineuentione nos refoue/cuius solēnia celebramꝰ. Per. Ad tertiam missā in die natiuitatis dñi. Officium.

Puer natus est nobis et filius datus est nobis cuius imperium super humerum eius: et vocabitur nomen eius magni consilii angelus. Ps. Cantate dño cantic̄ nouum: q̄ mirabilia fecit. Oratio.

Concede q̄s oīps deus/vt nos vnigeniti tui noua p carnē natiuitas liberet: quos sub pcti iugo vetusta seruitus tenet. Per eundē. Hola sequēs lectio legatur in pulpito ad aliquo de superiori gradu i superpelliciō. Lectio esaie prophete. cap. 52 Et dicit dñs. Propter hoc sciet pp̄ls meꝰ nomē meū i die illa: q̄ ego ipe q̄ loquebar/ecce assū. Quā pulchri sup montes pedes annūcian-

tis ⁊ pdicantis pacem:annuncian
tis bonū/pdicātis salutē dicentis.
Syō/regnabit deꝰ tuꝰ. Vox specula
toꝝ tuoꝝ. Leuauerūt vocē:simul lau
dabunt/qz oculo ad oculū videbunt
cū conuerterit dñs syō. Gaudete ⁊ lau
date simul deserta hierusalē:qz cōso
latꝰ est dñs populum suum/redemit
hirlm. Paauit dñs brachiū sctū su
um/i oculis oīm gentiū:⁊ videbūt oēs
fines terre:salutare dei nri. Lectō epi
stole bti pauli apostoli. Ad hebreos.

FRatres. Multipharie multis
q modis olim deꝰ loquēs pribꝰ i
pphetis:nouissime diebꝰ istis locutꝰ
est nobis in filio quē constituit heredē
uniuersoꝝ y quē fecit ⁊ scla. Qui cū
sit splēdoꝝ glie ⁊ figura substātie eiꝰ
portāsq; oia verbo virtutis sue/purga
tionē pctoꝝ faciens sedet ad dexterā
maiestatis i excelsis. Tāto melioꝝ an
gelis effectus:q̄to differētiꝰ pre illis
nomen hereditauit? Cui enī dixit ali
quō āgeloꝝ/filiꝰ meꝰ es tu:ego hodie
genui te? Et rursū. Ego ero illi in pa
trē:⁊ ipe erit michi i filiū. Et cū iterū
introduxit pmogenitū i orbē tre:dicit.
Et adorēt eū oēs āgeli dei. Et ad an
gelos quidē dicit. Qui facit āgelos su
os spūs:⁊ ministros suos flāmā ignis
Ad filiū aūt. Thronꝰ tuꝰ deꝰ in scm
scli:virga eq̄tatis vga regni tui. Di
lexisti iusticiā ⁊ odisti iniq̄tatē:ppterea
unxit te deꝰ/deꝰ tuꝰ oleo exultatiōis
pre participibꝰ tuis. Et tu in pncipio
dñe terrā fundasti:⁊ opera manuū tua
rū sūt celi. Ipsi peribūt tu aūt pma
nebis:⁊ oēs vt vestimētū veterascēt.
Et velut amictū mutabis eos:⁊ muta
būtur. Tu autē idē ipse es:⁊ anni tui
nō deficiēt. Gr. Viderūt oēs fines terre
salutare dei nri:iubilate deo oīs tra. ℣. No
tū fecit dñs salutare suū ante cspectū suū
reuelauit iusticiā suā. Alla. ℣. Dies sctifi
catꝰ illuxit nobis:venite gētes ⁊ adorate dñm
qz hodie descēdit lux magna sup trā. Le-

Celeste organū hodie sonuit in
terra. Ad partū virginis supe
rū cecinit caterua. Quid facis huma
na turba:cur nō gaudes cū superis?
Vigilat pastoꝝ cura/vox audit an
gelica. Cantabant inclyta carmina/
plena pace ⁊ glozia. Ad rpm rexerūt
pzoptia nobis canūt ex gratia. Nec
cunctoꝝ sunt hec dona:sed mens
quoꝝ erit bona. Nec sunt absolute
data:sed decēter sūt plata. Affectus
deserāt vitia/⁊ sic nobis par est illa/
qz bonis est pmissa. Jungūtur supe
ris terrea ob hoc quidem laus est ista:
sed decēter fit diuisa. Gaude ho
mo cū perpēdis talia. Gaude caro fa
cta verbi socia. Iste b. ter dicat. Nū
ciāt eius oztū sydera lucis p indicia.
Ineunt duces gregum lumina beth
leē vsq; pzenia. Inuenitur rex celoꝝ
inter animalia. Arto iacet in pzesepe
rex qui cingit oia. Stella maris quē
tu paris/colit hec ecclia. Ipsi nostra
per te pia placeāt seruitia. Resonēt
cūcta redempta. Cū initium sancti
euangelii Secundum Johannem.

IN pzincipio e- cap.
rat verbum/⁊ x ℟
verbum erat apud
deū:⁊ deus erat ver
bū. Hoc erat in pzin
cipio apud deū. Om
nia per ipsum facta
sunt:⁊ sine ipso fa
ctū est nichil. Quod
factum est in ipso vi
ta erat:⁊ vita erat lux hominum. Et
lux in tenebzis lucet:et tenebze eam
non comprehenderunt. Fuit homo
missus a deo cui nomen erat iohan
nes. Hic venit in testimoniū vt testi
monium phiberet de luce:vt oēs crede
rent p illum. Nō erat ille lux:sed vt
testimonium perhiberet de lumine.
Erat lux vera: que illuminat omnē
hominē venientē in hunc mundum.

In mūdo erat/⁊ mūd⁹ p ipsū factus
est:⁊ mūd⁹ eū nō cognouit. In pria
venit:⁊ sui eū nō receperunt. Quot-
quot aūt receperūt eū:dedit eis pote
statē filios dei fieri/his q̄ credunt in
nole ei⁹. Qui non ex sanguinib⁹:ne-
q⁹ ex volūtate carnis/neq⁹ ex volun
tate viri/sed ex deo nati sūt. Et ver
bū caro factū est:⁊ habitauit i nobis
Et vidim⁹ gloriā ei⁹ gl̄iam quasi vni
geniti a pr̄e. plenū gr̄e:⁊ veritatis.

℣. 88 Offr. Tui sunt celi ⁊ tua est terra orbem
terrarū ⁊ plenitudinē ei⁹ tu fundasti iusti-
cia ⁊ iudiciū pparatio sedis tue. Secreta

OBlata dñe munera nova vni-
geniti tui natiuitate sācrifica:
nosq⁹ p hec a pctōr⁹ nr⁹ maculis cle
mēter emūda. p eū. Prefatio. ⁊ Cōi-
cātes. de nati. Cōio Viderūt oēs fines
terre salutare dei nostri. Postcōmunio.

PResta q̄s op̄s de⁹: vt natus ho
die saluator mūdi sicut diuine
nobis gr̄atiōis est auctor:ita ⁊ imor-
talitatis sit ipse largitor. Qui tecū.

℣ In die sancti stephani prothor
martyris. Officium.

psal. 118 ℣ Tenī sederunt
princ̄ipes ⁊ aduersū me
loquebātur:⁊ iniqui p̄se
cuti sunt me a diuna me
ibidē. dñe deus me⁹: q̄ seruus tuus exerce
batur in tuis iustificatiōib⁹. ps. Bti
imaculati in via: q̄ ambulāt i lege dñi. or.

DA nobis q̄s dñe imitari q̄ col̄i
mus: vt discamus ⁊ inimicos di
ligere: q̄ eius natalicia celebr̄am⁹ q̄
nouīt etiā p persecutor⁹ ebr̄a-
re: Dñm nr̄m iesum xp̄m filiū tuum.
Qui tecū viuit. ℣ Memor̄ia de nati
uitate tm̄. Lectio actuum apostolor.

cap. 6 B In dieb⁹ illis. Stephanus ple-
nus gr̄a ⁊ fortitudine faciebat
p̄digia ⁊ signa magna in populo.
Surrexerunt aūt quidā de synago
ga: que appellabatur libertinor⁹/et
cyrenensium/⁊ alexandr̄inor⁹:⁊ eor⁹
qui erant a cilicia ⁊ asia/disputātes
cū stephano. Et non poterāt resistere
sapientie:⁊ spiritui qui loquebatur.
Audientes autem hec dilacerabantur
cor̄dibus suis:⁊ stridebant dentibus
in eum. Cum aūt esset stephan⁹ ple
nus spiritu sancto: intendens in celū
vidit gloriam dei/et iesum stantem
a dextris virtutis dei/et ait. Ecce vi
deo celos apertos:⁊ filium hominis
stantē a dextris virtutis dei. Excla-
mātes autem voce magna continue
runt aures suas: ⁊ impetū fecerunt
vnanimiter in eum. Et ejcientes eū
extra ciuitatē: lapidabant. Et testes
deposuerūt vestimenta sua secus pe
des adolescētis: qui vocabat saulus.
Et lapidabāt stephanū: inuocantē ⁊
dicentem. Dñe iesu: suscipe spiritum
meū. Positis autem genibus: clama
uit voce magna dicens. Dñe/ne sta-
tuas illis hoc peccatū. Et cum hoc di
xisset: obdormiuit in dño. Gr̄a Dede-
runt p̄rincipes ⁊ aduersum me loquebātur
⁊ iniqui persecuti sunt me. ℣ Adiuua me
dñe de⁹ me⁹ saluū me fac p̄pter mīam tuā
Alla. ℣ Vidi celos aptos ⁊ iesum stā-
tem a dextris virtutis dei. Sequentia.

QMagna sunt eius vbiq⁹ opa in
celo atq⁹ in terra opera. Qui est regū
dñs olim a patre genitus ātē secula.
Cui⁹ charitas vera celo sublevas ste
phanū de terra. Atq⁹ perenni vita or
nat candida digniter corona. plen⁹
eteni stephanus deitate atq⁹ gratia
Magna dabat p̄digia doctēs veritis-
ma dogmata. Cū aūt p̄dicaret iam
p̄sentia. Nostre redēptionis nova
gaudia. Intento in supna celi patet
ianua. Dirit⁹ circumstāti plebi voce
publica. Sacra plenus gratia. Ecce
dei video admirabilem gloriā. Clari
tate fulgida. Atq⁹ iesū stātē in virtu-
tis dei dextera. Cū hoc audisset im-

pia gens iudaica. Dñs fremitū eōcis
ta. Quassat lapidibus stephani mē
bza. Sed stat fortiter pariēs martyz
ozat. Ne his xp̃e nor̃ statuas. Oz
iam accipe alam meā. Et cū diuisset
in dño obdormiuit pace eterna. Tu ꝙ
nob̄ martyzio stephane sempiterna
impetra gaudia. Ille victim⁹ d. oz tri
na vice in hoc fest. Scōm Matheum.

In illo tēpoze. Di
xit ihs turbis iu
deoz: ꝫ pzincipibus sa
cerdotū. Ecce ego mit
to ad vos pphetas: ꝫ sa
piētes ꝫ scribas/ ꝫ ex il
lis occidetis ꝫ crucifige
tis/ ꝫ ex eis flagellabi
tis in synagogis vestris. Et psequi
mini de ciuitate i ciuitatē: vt veniat
super vos oīs sanguis iustus q̄ effu
sus est super terrā: a sanguine abel
iusti/ vsq; ad sanguinem zacharie fi
lij barachie/ quē occidistis inter tem
plum/ ꝫ altare. Amen dico vobis: ve
nient hec oīa super generationē istā.
Hierusalē hierusalē qui occidis pzo
phetas et lapidas eos qui a te missi
sunt: quotiēs volui cōgregare filios
tuos/ quemadmodū gallina congre
gat pullos suos sub alas et noluisti?
Ecce relinquetur vobis: domus vr̄a
deserta. Dico enī vobis: nō me vide
bitis amodo donec dicatis. Benedict⁹
qui venit: in nole dñi. Credo. Offer.
Elegerunt apostoli stephanū ienitā plenū
fide et spiritusancto quē lapidauerunt iu
dei ozantem et dicentē: domine ihesu accipe
spiritum meum alleluya. Secreta.

Suscipe dñe q̄s munera p cōme
mozatiōe martyzis tui stepha
ni: vt sicut illū passio fecit gloziosū/
ita nos deuotio reddat innocuos. p.

Cōio. Video celos apertos et ihesū stātē a
dextris virtutis dei: domine ihesu xp̃e accī
pe spiritū meū: ꝫ ne statuas illis hoc pctm/
quia nesciūt quid faciunt. Postcōio.

Adiuuent nos domine sum
pta mysteria: ꝫ intercedēte be
to stephano pthomartyze tuo sempi
terna pzotectione confirment. p. xp̃m.

In die scti iohānis euāgel. Offi.

In medio ec
clesie aperuit os eius
et implenit eum do
minus spū sapiētie
ꝫ intellectus: stolā
glozie induit eū. ps
Iocunditatē et exulta
tionē: thesaurizauit super illum. Oratio.

Ecclesiā tuam q̄s dñe benignus
illustra: vt bti iohannis apostoli tui
ꝫ euāgeliste illuminata doctrinis: ad dona pueniat sēpiterna. p. er
dñm. Memoria de natiui. ꝫ de scto
stephano tantū. Lectio libri sapiētie.

Qui timet dñm: faciet bona. Et
qui continēs est iusticie appre
hendet illā: ꝫ obuiabit illi quasi mat
honozificata. Cibabit illū pane vite
ꝫ intellectus: ꝫ aqua sapientie salu
taris potabit illū. Et firmabit in illo
ꝫ nō flectetur: ꝫ continebit illū ꝫ non
cōfundetur/ ꝫ exaltabit illum apud
primos suos. In medio ecclesie ape
ruit os eius: ꝫ implenit eū dñs spiritu
sapiētie ꝫ intellectus/ ꝫ stolā glozie in
duit eū. Iocunditatem ꝫ exultationē
thesaurizauit super eum: ꝫ nole eter
no hereditabit illū: dñs deus noster.

Grad. Erit sermo iter fratres q̄ discipu
lus ille non mozitur. Sed sic eum volo
manere donec veniā tu me sequere. Alla
Hic est discipulus ille qui testimonium
perhibet de his et scimus: quia verum est
testimonium eius. Sequentia.

Iohannes ihesu xp̃o multū dile
cte virgo. Tu eius amoze carnalē
in nāue patrē liquisti. Tu lene cōiu
gis pectus reclinasti mellyā secretus.
Vt eius pectoris sacra mysteria sue
ta pzotare. Tuq; in tra positus/ glo:

Ecclī. 15 A

Ibid.

Ecclī. 15 A

Joh. 21 A

riam cōlperitti filij dei. Qne solū sanctis in vita creditur contuenda esse perenni. Te christus in cruce triumphans matri sue dedit custodem. Ut virgo virginem seruares atq; curam suppeditares. Iute carcere flagrisq; fractus testimonio p̄ri es gauisus. Idem mortuos suscitas inq; iesu nole venenū forte vincis. Tibi sūmus tacitū cet eris verbū suū: pater reuelat. Tu nos oēs precib⁹ sedulis apud deū semp cōmēda iohānes iesu care. ℂ Iste discipulus ds ter dicat in hoc festo tm. Scōm Johannem.

caſ. 21 F

In illo tēpore. Dixit Jesus petro. Sequere me. Conuersꝰ petrus: vidit illum discipulum quem diligebat iesus sequentem/q̄ et recubuit in cena sup pectus eiꝰ/& dixit. Domine quis est qui tradet te? Hic ergo cū vidisset petrus: dixit iesu. Domine/hic autem quid? Dixit ei iesus Sic eū volo manere: donec veniam. Quid ad te? Tu me sequere. Exijt ergo sermo ille iter fratres: quia discipulus ille nō moritur. Et nō dixit ei iesus quia nō moritur: sed sic eū volo manere donec veniam/q̄d ad te? Hic est discipulus ille qui testimoniū phibet de his: & scripsit hec. Et scimꝰ q̄a verum est testimonium eius. ℟ Deo. Offra. Justus vt palma florebit: sicut cedrus que in libano est multiplicabit. ℂ In tempore paschali. Alleluya. Secreta

G

p. 91

Suscipe munera quesumus domine que in eius tibi solennitate deferimus: cuius nos confidimus/patrocinio liberari. Per dominum nostrum. Cōmunio. Exijt sermo inter fratres q̄ discipulus ille non moritur et non dixit iesus non moritur: sed sic eum volo manere donec veniam. In tempore paschali. Alleluya. Postcōmunio.

Johā 21 G

Refecti cibo potuq; celesti deus noster: te supplices exoramus: vt in cuius hec commemoratione p̄cepimus eius muniamur et precib⁹. Per dominum. ℂ In die sanctoꝝ innocentium martyrum. Officium.

Exore infantiū ps. 8
et lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos. ps. Domine dns noster: q̄ admirabile est nomē tuū/ Ibid.
in vniuersa terra. Glia patri. Oratio.

Deus cuiꝰ hodierna die p̄conū innocentes martyres nō loq̄ndo: sed moriēdo confessi sunt omnia in nobis vitioꝝ mala mortifica: vt fidem tuā quā lingua nostra loquitur/ etiā moribus vita fateatur. Qui vi. Deo. de nati. de scō stephano. & de scō iohāne ttm. Lectō li. apo. bti iohānis apli.

caſ. 14

In diebus illis. Vidi supra montem syon agnū stantē: & cum eo centū quadraginta quatuor milia habentes nomē eiꝰ: & nomē patris eius scriptū in frontib⁹ suis. Et audiui vocē de celo: tanq̄ vocē aquaꝝ multaꝝ/ & tanq̄ vocē tonitrui magni. Et vocē quā audiui: sicut citharedoꝝ citharizātiū i citharis suis. Et cantabāt quasi cāticū nouū ante sedē dei: & ante quatuor animalia & seniores Et nemo poterat dicere cantici: nisi illa centū quadraginta quatuor milia: qui empti sūt de tra. Hi sūt q̄ cū mulieribus nō sūt coinq̄nati: Virgines enim sūt. Hi sequunt agnū: quocūq; ierit. Hi empti sūt ex oib⁹ primitie deo et agno: & in ore ipsoꝝ nō est inuētū mēdacium. Sine macula enim sūt: āte thronū dei. Gratia nra sicut passer erepta est de laqo venātiū. Laqus contrit⁹ est & nos liberati sum⁹: adiutoriū nostrū i nole dñi: q̄ fecit celū & terrā. Alla. ℣. Te martyrū cādidatus laudat exercit⁹ dne ℟ Sequētia.

ps. 8 Ibid. caſ. 14

Ella pueri ꝛcrepent melodia. ꝓia innocentū: canentes triumphia. Quos infās xp̄s hodie: verit ad astra. Hos trucidauit frendēs insania. Herodiane fraudis ob nulla crimia. In bethleē ipsi⁹ cūcta ꝙ p ꝛcinia. Abimatu et infra iuxta nascēdi tēpora. Herodes rex xp̄i nati berēs infelix imperia. Infremit tot⁹ ꝙ erigit arma superbia dextera. Querit lucis ꝙ celi regē cū mente turbida. Ut extinguat q̄ vitā p̄stat p sua iacula. Hi nō valent intueri lucē splēdidā nebulosa quercētis pectora. Ira ferbet/fraudes auget herodes tenus/ ne perdat pioꝛū sanguina. Castra mili dur iniquus aggregat ferrū fugit mēbra tenera. Inter ubera lac effundit anteꝫ sanguinis fierēt coagula. Hostis nature/natos euiscerat/atq; jugulat. Ante pfecit q̄ etas parum la sumat roboꝛa. Quā vtā sint inocē cū ad herode cesa corpuscula. Quā felices erūtunt matres: q̄ fuderūt talia pignoꝛa. O dulces inocētū acies: ꝙ pia lactentiū pro xp̄o certamina. Carnuoꝛū trucidantur milia mēbris te teneris manāt lactis flumina. Cui es angelici veniunt l obuiā. Mira victoꝛia: vite captat p̄mia turba candidissima. Te rpe petim⁹ mēte devotissima. Nā q̄ venisti redemere secula inocētū glia. Perfrui nos cōcedas p eterna. Euāgeliū S. matheū.

In illo tempoꝛe Angelus domini apparuit in somnis ioseph dicēs Surge: et accipe puerū et matrē eius ꝙ fuge in egyptum et esto ibi vsq; dum dicam tibi. Futurū est enī: vt herodes querat puerū ad perdendum eum. Qui ꝛsurgens/accepit puerum ꝙ matrem eius nocte: et recessit in egyptum: ꝙ erat ibi vsq; ad obitū herodis. Vt adimpleretur q̄d dictum est a dño: per ypheā dicentē. Ex egypto vocaui filium meū. Tūc herodes videns q̄m illusus esset a magis: iratus est valde. Et mittēs occidit omnes pueros qui erant in bethleem ꝙ in oīb⁹ finibus eiꝰ: a bimatu ꝙ infra: secūm tempus quod exquisierat a magis. Tūc adimpletum est quod dictum est per hieremiam pꝛophetam dicentē. Vox in rama audita est: ploꝛatus et vlulatus multus rachel ploꝛās filios suos. Et noluit ꝛsolari: quia nō sunt. Credo. Offz. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est et nos liberati sumus. p.123 Secreta.

Adesto q̄s dñe muneribus innocentum festiuitate sacrandis: ꝙ p̄sta vt eoꝝ sinceritatem possimus imitari: quoꝝ tibi dicatam venerāmur infātiā. Per. Dño. Vox in rama audita est ploꝛatus ꝙ vlulatus rachel ploꝛans filios suos/et noluit cōsolari quia non sunt. Mat. 2 Lc Postcōio.

Quitua domine dona percepimus: que sanctoꝝ innocentium nobis p̄cibus/ ꝙ p̄sentis vite q̄s pariter ꝙ eterne tribue conferre subsidium. Per dominum nostrū. ¶ In die sancti Thome martyꝛis. Ad missam. Officium.

Gaudeamus omnes in dño diem festum celebꝛantes sub honoꝛe thome martyꝛis: de cuius passione gaudēt angeli: ꝙ collaudāt filiū dei. Exaudi de⁹ oꝛationē meā cum depꝛecoꝛa timoꝛe inimici cripe animam meam. Oratio. Deus p cuius ecclesia gloꝛios⁹ pontifex thomas gladios ipio Ecclē vox. p.43

rum occubuit: ꝓtesta ꝗs/ vt omnes qui eius implorant auxilij pericto-
tis siue salutarē ꝙlequant effectū. ℣. dñm. ℟. Memoria de nati. de sācto ste-
phano. de scō iohanne ⁊ de innocen tibus tantū. Epla. Omnis pōtifex.
℣. 20 In cōi. fol. v. ℣r. Posuisti dñe sup ca-
Jbus. put eius: coronā de lapide pꝛecioso. Vi-
tam postulauit a te: ⁊ tribuisti ei/ ⁊ volūtate labioꝝ
ps. 8 eius nō fraudasti eū. ℟. Illā. Gloria ⁊ ho
nore coronasti eum dñe: ⁊ constituisti eum
super opera manuū tuarum. Sequētia.

Solēne cāticū hodie resonet in terra. Ad palmā martyꝛis erul
tet superum caterua. Quid facis tur
ba iocūda/ gratulare cū supera. Iu-
bilet mēs letabūda/ psallat ꝛpo vox
libera. Colat ⁊ festa dñica deuota cā
tuaria. Intonat tuba tyꝛānica/ tur-
bulēta milicia. Dire leges ⁊ mādata
insolenter sunt ꝓlata. Loca chꝛisto
ꝙcrata/ ꝓphanauit vis armata.
Sed chꝛisti sic in vestigia stabāt tho
me pedes recti: vt nequeant inde flecti.
In sui regis obsequio arbitrat⁹ in-
crum mori / caput offert percussoꝛi.
Iste seques d. ter dicat. Gaude thoma/ de cui⁹ victoꝛia. Ditus ꝛpi cumu
lantur gaudia. Martyꝛis declaratur
gloꝛia crebꝛa per indicia. Curantur
per eius suffragia/ languidoꝝ milia.
Trucidatur nos passoꝝ inter san
ctuaria. Nec diei nec loco⁹/ obstat re
uerētia. Stella maris que letaris/ te
lactasse filiū. Hic ꝓcamur assequa
mur/ vt thome ꝙlotū eius ꝓcce glo-
riosa. Euāgel. Homo quidā nobilis.
℣. 20 In cōi. fo. v. Credo. ℣r. Posuisti do
mine in capite eius coronā de lapide ꝓcioso
vitā petijt a te: tribuisti ei. Secreta.

Salutaris hostie munus sacran
dum ꝗs dñe beatus thomas ⁊ pōtifex ⁊ martyꝛ nobis ad salutē fo
re deposcat: vt ⁊ cuersationis eius ex-
periamur insignia et intercessionis
eius percipiamus suffragia. Per do-
minū nostrū. Cōio. Magna est gloꝛia eius Jsa.
in salutari tuo: gloꝛiā et magnum decoꝛem
impones super eum domine. Postcōio.

Adiuuet nos ops ⁊ misericoꝛs
deus: per hec sacra ꝙ sumpsimus
beati martyꝛis tui atq; pōtificis chꝛi
me intercessio veneranda qui ꝓ tui
nominis honoꝛe gloꝛiosus: meruit co
ronari martyꝛio. Per dominū nrm.

Sexta die a natiui. dñi siue dñica
fuerit siue nō. Ad missam. Officium.

Dum medium 94.
silentium tenerent om 18 f.
nia: ⁊ nox in suo cur-
su medium iter habe-
ret: omnipotens ser-
mo tuus domine de
celis a regalibus sedibus venit. ℣. Do ℣. 9
minus regnauit decoꝛe indutus est: indu-
tus est dñs fortitudinem et ꝓcinxit se
repetat oim. Deide dicatur Gloria
ꝓla. Hicu etra tertio repetat omn.
Kyꝛi eleyſ. Missa in pncipali Sctus. et
Agnus sicut in fel. simp. ir. fe. dicun
tur hac die siue vo. fue. sine non. Or.

Omnipotens sempiterne deus dirige actus
nostros in beneplacito tuo: vt
in nomine dilecti filij tui mereamur bo
nis operibus abundare. Qui tecum.

Memoria de natiuita. de scō ste-
phano/ de scō iohāne/ de innocē. ⁊ de
scō thoma tantum. Ad Galathas.

Fratres. Quādiu tēpoꝛe heres cap.
parul⁹ est: nichil differt a ser 4 ℣
uo cū sit dñs oim/ sed sub tutoꝛibus
⁊ actoꝛibus est/ vsq; ad ꝓfinitū tē-
pus a patre. Ita ⁊ nos cum essem⁹
parul⁹: sub elemētis mundi huius/
eram⁹ seruientes. At vbi venit pleni-
tudo tēpoꝛis: misit deus filiū suū: natū
ex muliere / factū sub lege/ vt eos q̄
sub lege erant redimeret: vt adoptio
nē filioꝝ reciperemus. Quia aūt estis
filij: misit deus spiritū filij sui in
coꝛda vestra: clamātem abba pater.

ꝑa ꝙs is nō ē⁹ seruus: sed filius dñi filio: ⁊ heres per deū. Eructauit cor meū verbū bonum dico ego opera mea regi: lingua mea calamus scribe velociter scribētis. Alia. Dominꝰ regnauit decorē induit / induit dominus fortitudinē ⁊ ꝑcinxit se virtute. Ac die semper sine dominica fuerit sine non / dicitur illa Sequentia.

Christe hodierna celebrem⁹ natalicia. Celica resonēt clare castaneas agmina. Nunc regis celebrās nō gratulāter nuptias. Lux nona iā terras illustrat veteres pelles tenebras. Reserat supna grā diu clausa palatia. Felix mat̄ ⁊ sola intacta virgo puerpera. Iā nato sias grauida cū viri sis cubilis nescia. Omnis caterua nra te rogat domina. Solnas qua nra cuncta peccaminū vincula / virgo sēpiterne beata. Digna fuisti sola tollēdē crimina. Intra tui uteri claustra portare q̄ gubernat ola supera infera. Hic sua laudant facta / gaudētes bona qua vixit sup essentia. Nos humilima turba dam⁹ debita posc̄tes eius clemēciā. Ut nostra ꝑcibās tpa nunc quieta det placita frui vita vtilia donādo famulis munera. Ac iter nos discrimina cuncta soluēs posti funera derelicta sedē ducat moztis ac malozum ignarā. Ubi ad dexterā patris almā sedet cōregnās coeternus per ola. Potenter cuncta disponēdo cū eo secla ꝑsentia ⁊ futura. Bta̅ iuitis donās olis p̄mia. Hec clara qua lux vere micat q̄ est salus eterna et nra gloria. Scōm Lucam.

In illo tpe. Erant ioseph ⁊ maria mr̄ iesu mirantes sup his q̄ dicebantur de illo. Et benedixit illis symeon ⁊ dixit ad mariā matrē eius Ecce positus est hic in ruinā ⁊ in resurrectionē multoz in israel: ⁊ in signū cui cōtradicet. Et tuā ipsius aiam ꝑtransibit gladius: vt reuelentur ex multis coz dib⁹ cogitatiōes. Et erat anna ꝓphetissa filia phanuel: de tribu aser. Hec ꝑcesserat in diebꝰ multis: et vixerat cū viro suo annis septē / a virginitate sua. Et hec vidua erat vsq; ad annos octoginta quatuoz: q̄ non discedebat de templo ieiunijs ⁊ obsecrationibus seruiēs nocte ac die. Et hec ipsa hora supueniēs cōfitebatur dño: ⁊ loquebatur de illo oībus qui exp̄ctāt redēptionē israel. Et vt perfecerunt oia secūm legē dñi: reuersi sunt in galileā in ciuitatem suā nazareth puer aūt crescebat ⁊ cōfortabat: plenus sapiēcia. Et gra dei erat in illo.

Credo. Dñs. Deus emi fiermauit orbem terre qui nō cōmouebitur: parata sedes tua deus extunc a seculo tu es. Secreta. f. 92

Accepta dñe quesum⁹ sacrificiū plebis tue: quam iesu xpi filij tui dñi nostri inbeas esse cōfortē: qui humanitatis nostre dignat⁹ est fieri particeps. Qui tecū viuit ⁊ regnat.

Alia de natiuitate / scz Oblata dñe.
Alia de scō stephano. Suscipe dñe.
Alia de scō iohāne. Suscipe mīserā.
Alia de innocēti. Adesto quesum⁹.
Alia de scō tho. mar. scz Salutaris hostie. &c. bēs. in fest. cotidē. Postcatio ⁊ Communicātes. de natiuitate.

Cōio. Tolle puerum ⁊ matrem eius ⁊ vade in terram iuda: defuncti sunt enim qui querebant animam pueri. Mat. 2 D

Postcōio.

Sumpto sacrificio quesum⁹ domine tua gr̄a iugiter exhibeat ecclesia: quo infirmitates eius sunt assidue / vt diuine particeps fieret ꝓpā substātie. Per dominū nostrū iesum chr̄istū filium tuum. Qui tecū viuit.

Alia de natiuitate: scz Postcatio ⁊ sumus. De sancto stephano. Auxilientur nobis. De scō iohanne. Refecti cibo. De innocētibus. Oblatis. ⁊ de sancto thoma marty. Adiuuet nos. vt supia in festis eoz̄undem.

In die sancti siluestri. Officium.

Psal. 131 SAcerdotes tui dñe induãt iusticiã/& sancti tui exultent: propter dauid seruũ tuum: non auertas faciẽ chzisti tui ps. Memẽto domine dauid: et oĩs mansuetudinis eius. Ibid. Gloria patri et filio. Sicut erat. Oratio.

OMnipotens deus: vt beati siluestri cõfessoris tui atq; pontificis venerãda solẽnitas: & deuotionẽ nobis augeat & salutẽ. Per dñm. Collecta de natiuitate/scilz Concede nobis ꝙs. De sancto stephano. Da nobis ꝙs dñe. De s. iohãne. Ecclesiã tuã ꝙs dñe. &c. De innocẽtib9. Deus cuius hodierna die pzeconfessi. &c. Et de sctõ thoma. Deus p cuius. Epla. Ecce sacerdos magnus. In cõi vnius confessozis. Gz. Ecce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit deo. Non est inuentus similis illi: qui conseruaret legẽ excelsi. Alleluya. Inueni dauid seruum meũ oleo sancto meo vnxi eũ. Sequẽtia. Adest nobis dies alma. &c. de cõi. Euãgeliũ. Homo quidam peregre. In cõi vnius confessozis. to. ri. Offz. Inueni dauid seruũ meũ: et in oleo sctõ vnxi eũ: manus enim mea auxiliabit ei: et brachium meũ cõfortabit eum. Secreta.

Ecclesiastici 44 D p. 88 Ibid. Offz.

HOstia dñe ꝙs oblationib9 nostris nec illis mẽtis & corporis patiaris subiacere periculis: quos beati siluestri confessoris tui atq; pontificis munit gloriosa confessio. Per dñm. Cõmunicãtes de natiui. de sancto stephano: de sancto iohanne: de innocẽtibus: & de sancto thoma. vtq; notatum est. Communio. Btus seruus quẽ cũ venerit dñs inuenerit vigilãtẽ: amẽ dico vobis/super oia bona sua cõstituet eum. Postcõio

Mat. 24 d

QVesumus omnipotens deus: vt hodierne munus solẽnitatis acceptũ intercedẽte beato siluestro cõfessore tuo atq; pontifice: & corporibus nostris salutẽ pzestet & mentibus. Per dñm. Alia de natiuitate/scilicet Deus qui nos. De sancto stephano. Adiutorium. De sancto iohanne. Beneficiis. De innocẽtibus. Protege. De sancto thoma marty. Postcõio.

HAbundet nos oĩs & misericors deus: per hec sancta que sumpsimus bti martyzis tui atq; pontificis thome intercessio venerãda: qui pro tui nominis honoze: gloziosa meruit cozonari martyzio. Per dominum.

In die circumcisionis. Officium.

PVerus natus est nobis et filius datus est nobis cuius imperium super humerum eius: et vocabitur nomen eius magni consilij angelus ps. Cantate domino canticũ nouum: quia mirabilia fecit. Gloria patri. Sicut erat. Oratio.

DEus qui nobis nati saluatoris diem celebrare concedis octauum: fac nos quesumus eius perpetua diuinitate munire: cuius sumus carnali commercio reparati. Qui tecum vi. Nulla fiat memoria ad hanc missam. Epistola. Apparuit gratia dei saluatoris. vt i prima missa. i die natiuitatis dñi. to. ri. Gz. Viderunt oĩs fines terre salutare dei nostri: iubilate deo omnis terra. Notum fecit dominus salutare suum: ante conspectum gentium reuelauit iusticiam suam. Alla. Multipharie olim deus loquens patribus in prophetis: nouissime diebus istis locutus est nobis in filio suo. Sequẽtia.

Ps 97 Ibid. Heb. 1

EXpa recolimus laudibus pijs digna. Huius diei gaudia/qua

nobis lux ozitur gratissima. Noctis interit nebula/pereunt nŕi criminis umbracula. Hodie scło maris stella est enim̃ noue salutis gaudia. Que tremunt baratra/moꝛs cruenta patuit ipsa a quo pibit moꝛtua. Gemit capta pestis antiqua/colubꝛ lividus/perdit spolia. Hō lapsus ouis abducta reuocatur ad eterna gaudia. Gaudēt in hac die agmina/ăgelozū celestia. Oꝛ erat dꝛagma decima perdita/ē ēt inēta. O ꝓles nimiū beata/qua redēpta est natura. Deꝰ q̄ creauit oīa/nascit ex femina. Mirabilis natura/mirifice induta assumēs qō nō erat:manēs qō erat. Induit nātura/diuinitas humana: quis audiuit talia/dic rogo facta? Querere venerat pastoꝛ pius qō pecierat. Induit galeā:certat vt miles armatura. ꝓꝛostratus in sua ꝓꝛia/ruit hostis spicula auferuntur tela. In quibus fidebat diuisa sūt illius spolia/capta ꝓꝛeda sua. Xꝑi pugna foꝛtissima/salꝰ nostra est vera. Qui nos sūmꝰ ad patriam/duxit post victoꝛiam. In qua sibi laus est eterna.

℣ Euangeliū Secundum Lucam.

IN illo tpe. ꝓpoq̄ cōsummati sūt dies octo vt circūcideretur puer:vocatum est nomen eius ihesus Quod vocatū est ab angelo:ꝓiusq̄ in vtero cōciperetur. ℟ Credo. Dñe. Tui sunt celi et tua est terra:oꝛbē terraꝝ ē plenitudinem eius tu fundasti:iusticia ē iu dicium ꝓeparatio sedis tue. Secreta.

PReSta quesumꝰ omnipotēs deꝰ:vt per hec munera que domini nŕi ihesu xꝑi archane natiuitatꝫ mysterio gerimus:purificate mētis intelligēcia ꝓsequamur. ꝓ eŕdem dñm nŕm. Cōio. Viderunt omnes fines terre salutare dei nostri. ꝓpostcōio.

PReSta q̄sumꝰ dñe vt q̄ nostri saluatoꝛis iterata solēnitate ꝓcepimꝰ:ꝓpe tue nobis salutionis conferat medicinam. ꝓ eŕdē dñm.

℣ In oct. scti stephani:sancti iohannis/ē sctoꝛū innocentiū siue dñica fuerit siue non/ad missā oīa fiant sicut i ꝓꝛima die:ꝓeter seq̄n. ℟ Credo. ē ꝓfa. Et oꝛ cātꝰ sup̄ Kyꝛi eleyson. Gl̄ia in excel. Sctūs. et Agnꝰ. sicut in fest. simplici. ir. lec. Et si dñica fuerit:oꝛ ℟ Credo, sed nulla sequentia:ē etiam fiant memoꝛie de festis per oꝛdinem. Memoꝛia aūt fiat de sācta maria in oct. sācti stephani/ē ab hinc vsq; ad purific. tam in festis q̄ in ferꝛis/ē in dñicis:mixti vigi. epp. ē in die eiusdē cum oꝛatione. Deus qui salutis. ꝛc.

℣ In vigilia epyphanie. Officium.

ECce fulgebit hodie super nos/quia natus est nobis dominus ē vocabitur admirabilis deus/ꝓinceps pacis/pater futuri seculi:cuius regni non erit finis. ꝑs. Dominus regnauit decoꝛem indutus est: indutus est dominus foꝛtitudinem et ꝓecinxit se. Gl̄ia ꝑi. Eadē die si dñica fuerit:oꝛ cantus sup̄ Kyꝛi eleyson. Gl̄ia in excel. Sāctus. et Agnus. sicut in fest. simp̄. ir. l. Si vero dominica fuerit oꝛ cantꝰ sicut i fest. ih. kl. sine regimine chꝛi/et nō dꝛ Gl̄ia i excel. nec ℟ Credo. nec Ite missa est. quia quasi vigilia habetur tamen dyaconus ē subdyac. dalmatica ē tunica vtantur. Oꝛatio.

OCcurda nŕa q̄s dñe ventura festiuitatis splēdoꝛ illustret:quo mūdi huiꝰ tenebꝛis carere valeamꝰ: ē ꝓueniamꝰ ad patriā claritatis eterne. ꝑ dominū. Meō. de sctō thoma. Deꝰ ꝓ cuiꝰ vtḡ. ē de sctō edwardo rege ē cōfess. oꝛ

DEus q̄ vnigenitū filiū tuū dominū nŕm iesū xꝑm gloꝛiosissimo regi edwardo i foꝛma visibili demōstrasti:tribue q̄s/vt eiꝰ meritis ē pcibꝰ ad eternā ipsiꝰ dñi nŕi iesu xꝑi visionē ꝓtingere mereamur. Qui te.

Cū dōr plures vel pauciores oēs ad hāc missā siue dñica fuerit: siue nō. Epla. Apparuit benignitas. vbs. in nocte natiuit. dñi ad secunda

Psal. 117 ibidē. missam. fo. xi. Gy. Benedictus qui venit in nomine dñi/de⁹ dñs et illuxit nobis. Ry. A dño factū est istud et est mirabile in oculis nostris. Siue dñica fuerit/siue nō semper hac die dicitur Alla. Ry.

p. 92 Domin⁹ regnauit decorem induit: induit domin⁹ fortitudinē: et precinxit se virtute. Non dr sequentia. Scdm matheum

cap. 2 D

In illo tpe. Defuncto herode: ecce angelus dñi apparuit i somnis ioseph in egypto dicēs. Surge et accipe puerū et matrē ei⁹: et vade in terrā israel. Defuncti sūt enim qui querebāt animam pueri. Qui consurgēs accepit puerū & matrē ei⁹: & venit in terram israel. Audiens aūt q archelaus regnaret in iudea pro herode patre suo: timuit illo ire. Et admonitus in somnis: recessit in partes galilee/& veniēs habitauit in ciuitatē que vocatur nazareth: vt adimpleretur quod dictū est p phetas qm nazarenus vocabit.

p. 92 Ofty. Deus enim firmauit orbem terre qui non commouebitur: parata sedes tua deus extunc a seculo tu es. Secreta.

Tribue qs dñe vt cū presēt⁹ immolemus sacrificijs & sumamus: quē venture solēnitatis pia munera proloquuntur: dñm nrm iesum xp̄m filiū tuū. Qui tecū viuit. Cū sācto spō. Secy. Salutaris hostie. vbs. Alia secy. de sctō edwardo. Secy.

Sacris altaris⁹ assistentes nos domine quesumus spiritusancti luce perfunde: vt quod tibi in honore beati regis edwardi deuote offerimus: nobis ipso interueniente fiat remediū salutare. Per dominū. In vnitate eiusdem. Prefatio quotidiana. Cōio. Tolle puerum et matrē eius et vade in terram iuda/defuncti sunt enim qui querebant animam pueri. Postcōio.

Da nobis quesumus dñe digne celebrare mysterium/qō in nra saluatoris infātia miraculis choruscantibus declaratur: & corporalibus incrementis manifesta designatur humanitas. Per eundem dominum nostrum iesum christum filiū. Alia postcō. de sctō spō. Adiuuet nos. vbs. De sctō edwardo. Postcōio

Ut talis alimonie conuiuio saginati qs domine deus noster: vt beati regis edwardi confessoris tui suffragantibus meritis: celestis conuiuij mereamur esse participes. Per dominum. In nocte epyphanie post. ir. Ry. cantetur hoc euāgel. Dñs vobiscum. Et cum spiritu tuo. Sequentia sancti euangelij. Secūdum Lucam. Gloria tibi domine.

cap. 3 Factum est autem cum baptizaretur omnis populus & iesu baptizato et orante/apertum est celum & descendit spiritussanctus corporali specie sicut columba i ipsum. Et vox de celo facta est: tu es filius meus dilectus/in te placuit michi. Et ipse iesus erat incipiens quasi annorum triginta: vt putabatur filius ioseph. Qui fuit heli: qui fuit mathat: qui fuit leui. Qui fuit melchi: q fuit ianne: qui fuit ioseph. Qui fuit mathathie: q fuit amos: qui fuit naum. Qui fuit esli: qui fuit nagge: q fuit mathat. Qui fuit mathathie: q fuit semei/q fuit ioseph. Qui fuit iuda: qui fuit iohanna: qui fuit rela. Qui fuit zorobabel/q fuit salathiel: qui fuit neri. Qui fuit melchi: qui fuit addi/qui fuit cosam. Qui fuit helmadan: qui fuit her: qui fuit ie su. Qui fuit heliezer: qui fuit iorim:

q̄ fuit mathat. Qui fuit leui: q̄ fuit symeō/q̄ fuit iuda. Qui fuit ioſeph: q̄ fuit iſmaē: q̄ fuit eleachim. Qui fuit melchi: q̄ fuit menā: q̄ fuit mathatha Qui fuit nathan: q̄ fuit ieſſe: q̄ fuit obeth: q̄ fuit booz: qui fuit ſalmon. Qui fuit naaſſon: q̄ fuit aminadab: q̄ fuit aram. Qui fuit eſrō: q̄ fuit phares qui fuit iude. Qui fuit iacob: qui fuit iſaac/q̄ fuit abrahe. Qui fuit thare: q̄ fuit nachor: q̄ fuit ſarug. Qui fuit ragau: q̄ fuit phaleth: q̄ fuit heber. Qui fuit ſale: q̄ fuit cainā/q̄ fuit ar phaxat. Qui fuit ſē: q̄ fuit noe: q̄ fuit lamech. Qui fuit mathuſale: q̄ fuit enoch: q̄ fuit iareth. Qui fuit mala: leel: q̄ fuit cainā/q̄ fuit enos. Qui fuit ſeth: q̄ fuit ade: q̄ fuit dei. Ihc̄ aūt erat plen⁹ ſpū ſcō: regreſſus eſt a ioz dane. ℣ Finito euāgelio: incipiat ſa cerdos cappa ſerica. ſm. Te deum.

¶ In die epyphanie domini. Ad ma gnam miſſam. Officium.

Ecce aduenit dominator dñs: & regnum in manu ei⁹ et potestas & imperiū. ps. Deꝰ iudicii

Sap

tuū regi da: & iuſticiā tuā filio regis. Gilla pſi. Stirps erat iheſſe flos ho. ope⁹. ep.

Deus qui hodierna die vnigeniti tui gētib⁹ ſtella duce te: nebraſti: eccle ſponſus/ vt q̄ iam te ex fide cognouim⁹: viſu ad eternā ſpeciē/tue celſitudinis ꝓperemur. ꝑ eundē dñm. Lectio eſaie ꝓphete. cap. 60 ℟

Surge illumināre hierūſalem quia venit lumen tuum: et gloria dñi ſuper te orta eſt. Quia ecce tenebre operient terrā: & caligo populos. Super te aūt orietur dñs: & gloria ei⁹ in te videbitur. Et ambulabunt gentes in lumine tuo: & reges in ſplendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos & vide: omnes iſti congregati ſūt/ venerūt tibi. Filij tui de longe venient: et filie tue de latere ſurgent. Tunc videbis & afflues/ & mirabitur & dilatabitur cor tuum: quando conuerſa fuerit ad te multitudo maris/ fortitudo gētium venerit tibi. Inundatio camelorum operiet te: dromedarij madia ſecta. Omnes de ſaba venient: aurū & thus deferentes: & laudem dño nō annunciantes. ℣ Gradale. Omnes de ſaba venient aurum et thus deferentes et laudem dño annunciantes. Dl⁹. Surge illumināre hierūſalem: quia gloria domini ſup te orta eſt. ℟ Alleluya. Dl⁹. Vidimus ſtellam eius in oriente: et venim⁹ cū muneribus adorare dominū. ℣ equēria. 15 Isa. 60 b ibidē. Mat. 2 ℟

Epyphaniam domino canam⁹ gloriosam. Qua ꝓlem dei vere magi adorant. Immenſam caldei cuius per ſecla / venerantur potentiam. Quem cuncti ꝓphete pre cinere venturum gentes ad ſaluandas. Cuius maieſtas ita eſt ſcīmata vt aſſumeret ſerui formam. Ante ſecula qui de⁹ & tēpora ſpōpo facꝰ eſt ex matre. Sequēs verbū vt ter. Balaā de quo vaticinabatur dicēs ex iacob orietur ſtella. et ſurget vir:

cũ agmina regionis moab marima potẽcia. Huic magi munera tẽkerũt pꝛeclara/auꝝ simul thus ⁊ myꝛrhã. Thure deũ pꝛedicãt / auro regẽ magnũ/hoiem moꝛtalẽ myꝛrha. In sõnis hos monet angelus ne redeant ad regem cõmotum pꝛopter regna. Pauebat etenim nimium regem natum/verẽs amittere regni iura. Magi sibi stella micãte pꝛeuia. Pergũt alacres itinera patriã. Que eos ducebat ad ꝓpꝛiam linquẽtes herodis mãdata. Qui percussus coꝛde nimiũ pꝛe ira. Extemplo mandat infantulos per cuncta. Inquiri bethleem cõfinia: ⁊ moꝛ pꝛiuari eos vita. Oñis nunc caterua tinnulum iungat laudibus oꝛgani neuma. Mystice offerens regi regum chꝛisto munera pꝛeciosa. Poscens vt per oꝛbem regna ola pꝛotegat in secula sempiterna.

Euangelium Scom Matheum.

cap. 2 I

Cum natꝰ esset iesus i bethleẽ iude in diebꝰ herodis regis: ecce magi ab oꝛiẽte venerũt hierosolymã dicentes. Ubi est q̃ natus est rex iudeoꝝ? Uidimus eni stellam eius i oꝛiẽte: ⁊ venimꝰ adoꝛare eũ. Audiẽs aũt herodes rex turbatꝰ est: ⁊ omnis hierosolyma cũ illo. Et ꝯgregãs oẽs pꝛincipes sacerdotũ et scribas populi: sciscitabat ab eis vbi ꝯps nasceret. At illi dixerunt ei. In bethleẽ iude. Sic eni scriptũ est per ꝓphetã. Et tu bethleẽ terra iuda: nequaq̃ minima es in pꝛincipibꝰ iuda. Ex te eni exiet dux: qui regat populum meũ israel. Tũc herodes clam vocatis magis: diligenter didicit ab eis tẽpus stelle q̃ apparuit eis. Et mittẽs illos i bethleẽ: dixit. Ite/ ⁊ interrogate diligẽter de puero: et cũ inueneritis renũciate michi/ vt ⁊ ego veniẽs adoꝛem eum. Qui cũ audissẽt regẽ abierũt. Et ecce stella quã viderãt i oꝛiẽte antecedebat eos: vsq̃ dũ veniẽs staret supꝛa vbi erat puer. Uidẽtes aũt stellã gauisi sũt gaudio magno valde. Et intrãtes domũ: inuenerunt puerũ cũ maria matre eiꝰ. Et pꝛocidentes adoꝛauerũt eũ. Et apertis thesauris suis: obtulerũt ei munera aurũ/ thus/ ⁊ myꝛrham. Et responso accepto i somnis ne rediret ad herodẽ: ꝓ aliã viã reuersi sũt i regionẽ suã. Dñica. Reges thar- ℣. 7
sis ⁊ insule munera offerẽt reges arabũ et saba dona adducẽt/ ⁊ adoꝛabunt eũ oẽs reges terre/ oẽs gẽtes seruient ei. Secreta.

Ecclesie tue q̃s dñe dona ꝓpicꝰ intuere: quibꝰ nõ iam aurum/ thus ⁊ myꝛrha pfertur: sed qd̃ eisdẽ muneribꝰ declaratus/ immolatur ⁊ sumitur iesus ꝯps dñs nr̃. Qui tecum viuit. Pꝛefat. Quia cũ vnigenitus. Et pꝛefatio dꝛ per totas octas. ⁊ i octa. ⁊ Cõicantes. similiter. Cõio. Uidimꝰ stellam eius in oriente: ⁊ venimus cum mu- mu
neribus adoꝛare dominum. Postcõio. 2 I

Pꝛesta quesumus omnipotens deus / vt que solenni celebꝛamus officio: purificate mentis intelligentia consequamur. Ꝑ dominũ nostrum iesum chꝛistum filium tuũ. Quotidie infra octa. dꝛ eadem mis. sed sine sequentia ⁊ Credo. Tamẽ in dñica dꝛ Credo. sed nulla sequentia.

Dominica infra octa. ad missam dicitur cantus super Kyꝛi eleyson. Glozia in excelsis deo. Sanctus. et Agnus. per oꝛdinem sicut intra octas cum regimine choꝛi habetur. cetera sicut in die pꝛeter sequentiam cum hoc euãgelio. Secundum Johannẽ.

cap. X I

In illo tempoꝛe. Uidit iohãnes iesum venientẽ ad se: et ait. Ecce agnꝰ dei: ecce q̃ tollit pctã mũdi. Hic est de quo dixi. Post me venit vir qui ante me factꝰ est: quia pꝛioꝛ me erat/ ⁊ ego nesciebam eũ. Sed vt ma

nifestet in israel: ꝓterea veni ego in aqua baptizās. Et testimoniū perhibuit iohannes dicens. Quia vidi spiritum descendentem quasi columbā de celo: et mansit super eum/et ego nesciebam eū. Sed qui misit me baptizare in aqua: ille michi dixit. Super quem videris spīm descendētem & manentē super eū: hic est qui baptizat in spū sancto. Et ego vidi & testimonium phibui: q; hic est filius dei.

¶ Quod si dñica infra octa. nō euenerit in. iiij. fer. infra octa. legatur hoc prędictū euāg. Tertia die infra octa. fiat mēo. de martyrib⁹ luciano sociisq; ei⁹ cū ofone de cōi plurimoꝝ mart.

¶ In octa. eppphanie. Officium.

ECce aduenit dominator dñs: & regnum in manu ei⁹ et potestas & imperiū. ps. Deꝰ iudiciū tuū regi da: & iustitiā tuā filio regis. Glia patri et filio. Sicut erat. Oratio.

DEus cuius vnigenit⁹ in substātia nre carnis apparuit: prēsta quesumus/vt per eum quem similē nobis forīs agnouimus: intus reformari mereamur. Qui tecum viuit.

¶ Commemoratio de ieiunio hylarii. Oratio

ADesto dñe supplicationib⁹ nostris: et intercessibe beati hylarii cōfessoris tui atq; pōtificis cui⁹ depositionē celebramus: ꝑpetuā nobis miam benign⁹ ipēde. ꝑ d. ¶ Commemo. de sancta maria. Oratio. Deꝰ q̄ salutis eterne. Lectio esaie ꝓphete.

DOmine deus meus honorificabo te: laudem tribuam nomini tuo/qui facis mirabiles res. Consilium tuū antiquum verū fiat. Domine/excelsum est brachiū tuū deus sabaoth: corona spei que ornata est gloria. Exultet desertum et exultēt solitudines iordanis: & populus meus videbit altitudinem domini & maiestatē dei/& erit congregatus & redemptus per deum. Et veniet in syon cū gloria et leticia sempiterna: super caput eius laus & exultatio. Et aperiā in montibus flumina: in medijs camporum fontes dirumpam/et terram sitientem: in aquas infundam. Et ecce puer meus exaltabitur et elevabitur: & sublimis erit valde. Hauritis aquas in gaudio de fontibus saluatoris: & dicetis in illa die confitemini domino/& inuocate nomen eius. Notas facite in ꝑplis studes eius: memētote q̄m excelsū est nomē eius. Cantate domino quia mirabilia fecit. Annūciate hec in vniuersa terra. Dicit dñs omnipotens. Gr. Omnes de saba venient aurum et thus deferentes et laudem dño annunciantes. Ꝟ. Surge illuminare hierusalem: quia gloria domini sup te orta est. ℟. Alleluya. Ꝟ. Vidimus stellam eius in oriente: et venim⁹ cū muneribus adorare dominū. Nō ōr. seq̄. licet dñica fuerit. Scām Matheum.

IN illo tēpore. Venit ies⁹ a galilea in iordanē ad iohannē vt baptizaretur ab eo. Johānes autē ꝓhibebat eū: dicēs. Ego a te debeo baptizari: et tu venis ad me. Respondens autē ies⁹: dixit ei. Sine modo: sic enim decet nos implere oēm iustitiā. Tunc dimisit eū. Baptizatus autē ies⁹ confestim ascēdit de aqua/et ecce aperti sunt ei celi & vidit spīritū dei descēdētē sicut colūbā & venientē sup se. Et ecce vox de celis: dicēs. Hic est filius me⁹ dilect⁹: in quo michi bene cōplacui. Offm. Reges tharsis & insule munera offerent: reges arabum & saba dona adducent & adorabunt eum omnes reges terre omnes gentes seruient ei. Secreta.

DOnias tibi dñe p̄ nati filij tui apparitione deferimus suppliciter

caꝑ. 3 D

Esa. 60 b

Ibid.

Mat. 2 a

§. 71

ter exorantes: vt sicut fidem nostro⁹ auctor est munerum: ita ipse sit miseri cors et susceptor iesꝰ christus dominus noster. Qui tecum vivit et regn.

¶ Alia secreta de sancto hylario.

SAncti hylarij precibus tibi dñe quesumus grata reddat oblatio: p cuius depositione immolanda. Per.

¶ Alia secreta de sancta maria

OBlatis domine muneribus supplices deprecamur vt qui veram verbi tui incarnationem fideliter veneramur: veram eiusdem substantiam carnis ac sanguinis quam per spiritum sanctū virgo mater edidit/ in hoc presenti mysterio salubriter percipiamus. Per eūdē. Prefat. Quia cum vnigenitus. et Communicantes. vt in die. Cōmunio. Vidimus stellam eius in oriente: et venimus cum muneribus adorare dominum. math. 2 ℔

Postcōio.

QUesti nos qsumus domine lumine semper et vbiq; prevenit: vt mysterium cuius nos participes esse voluisti: et puro cernamus intuitu/ et digno percipiam⁹ effectu. Per.

Alia postcōmunio de sancto hylario.

SUmpsimus dñe pignus redemptionis eterne: sit nobis qs intercessione beato hylario confessore tuo atq; pontifice: vite presentis auxilium pariter et future. Per dñm.

Alia postcōmunio de sancta maria.

DA qs misericors deus: ei⁹ nos obtinua intercessione vegetari: cuius integra virginitate / suscepimus auctorem nre salutis: dñz nrm iesum xpm filiū tuū. Qui tecū vivit.

¶ Dominica prima post oct. epyphanie. Ad missam. Officium.

ecce ie laus.

IN excelso throno vidi sedere virū quez adorat multitudo angelorū psallentes in vnum: ecce cuius imperij nomen est in eternum. ℣ Jubilate deo omnis terra: seruite domino in letitia. p. 99

Oratio.

VOta quesumus dñe supplicantis populi celesti pietate prosequere: vt et que agenda sunt videāt et adimplenda que viderint conualescant. Per dominū. Ad Romanos.

FRatres. Obsecro vos per misericordiam dei: vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentē sanctam/ deo placentē/ rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic seculo sed reformamini in nouitate sensus vestri: vt probetis que sit voluntas dei bona/ & beneplacens et perfecta. Dico enim per gratiam/ que data est michi omnibus qui sunt inter vos nō plus sapere q̄ oportet sapere: sed sapere ad sobrietatē/ et vnicuiq; sicut deus diuisit mensuram fidei. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus: omnia autē membra non eundē actū habent: ita multi vnū corpus sumus in christo. Singuli autē: alter alterius membra. In christo iesu: domino nostro. cap. 12 ℔

℣ Benedictus dñs deus israel: qui facis mirabilia magna solus a seculo. p. 71 ibid.

℟ Et. Jubilate deo omnis terra: seruite dño in letitia. p. 99

Nulla die dñica p annū dicitur sequētia ad missam quando de dñica agitur nisi in adventu: & in tempore paschali/ & nisi in octaua hebdomadam natiuitatis domini.

¶ Euangelium Secundum Lucam.

FActum est cum esset iesus annorum duodecim ascendentibus illis hierosolymas secundum consuetudinem diei festi/ consummatisq; diebus cum redirent: remansit puer iesus in hierusalem/ et non cognouerunt parentes eius. Existimantes cap. 2 ℔

autem illū esse i comitatu: venerūt
ter diei & requirebant eum inter co
gnatos & notos & non inuenientes:
regressi sūt in hyrlm requirētes eū.
Et factum est post triduum/inuene
runt illū in tēplo sedentem in medio
doctor:audientē illos & interrogan
tē eos. Stupebāt autem oēs qui eū
audiebant:super pruidentia & respon
sis eius. Et videntes:admirati sūt. Et
dixit mater eius ad illū. Fili/quid fe
cisti nobis sic: Ecce pr tuus & ego:do
lentes q̄rebamus te. Et ait ad illos.
Quid est quod me querebatis? Ne
sciebatis q̄ in his q̄ patris mei sūt
oportet me esse? Et ipsi nō intellexe
runt verbū:quod locutus est ad illos.
Et descēdit cū eis & venit nazareth:
et erat subditus illis. Et mater eius
conseruabat oīa verba hec:ꝓfectꝰ
in cordꝰ suo. Et iesꝰ pficiebat sapien
tia:etate & gratia:apud deū & hoīes.
Ofertorium. Jubilate deo omnis terra/
iubilate deo omnis terra/ seruite domino
in leticia:intrate in conspectu eius in exul
tatione/q̄ dñs ipse est deus. Secreta.

OBlatū tibi dñe sacrificiū vīuifi
cet nos q̄s semper et munias.
Per dominū. Prefatio quotidiana.
Communio. Fili/quid fecisti nobis sic:ego & pa
ter tuus dolētes querebamus te:& quid est
q̄d me querebatis/nesciebatis q̄ i his q̄ pa
tris mei sunt oportet me esse. Postcommunio.

TUa nos dñe sctā libātes & per
fecte capiam⁹ purgatiōis effec
tum:& ꝓtinuum diuine defensionis
auxiliū. Per dñm. Si tempus a deo
hꝫene fuerit ad oct.epy.vsq; ad.lxx.
q̄ tres mille dñicalis:scilicet In ex
celso throno. Omnis terra. Jubilate.
non possunt singule in singul.cantari
ebdo.tunc due vel tres misse si tēpo
ris hꝫenitas expetierit i vna eadēq;
ebdo. cantentur. Et si aliquod fest.
iii.lect.ibidē contigerit:totum seruī
tiū fiat de festo vsq; ad mis. & ad illā
missam: que erit de tēpozali/fiat se
cunda oratio de ipso fest. tercia de sā
cta maria/quarta de oībus sanctis/
quinta p̄ vniuersali ecclesia. Cetere
vero mis.que sequūtur/eo anno om
nino pretermittātur. Hoc etiam de
bet obseruetur q̄ nūq̄ ante p̄timam
dominicā post oct.epy.cantetur mis.

In excelso throno. Nisi qñ nulla dñi
ca inter oct.epy.& lxx.contigerit:tūc
enim i fest. primo loco post oct. epy.
cātetur:& due mis. scz Omnis terra.
& Jubilate deum. in fest. sequentib⁹
eiusdē ebdo. cantētur:et tunc nichil
fiat de festis triū lec. que ibidem con
tingere possunt. Cum autem proli
xum fuerit tēpus. Offm. Jubilate.
per tres dominicos cantetur. Si ve
ro tres fuerint dominice inter octa.
epyphā.& septuagesimam:ita q̄ tria
officia p̄dicta cantentur:tunc in fe
riis post tertiam dominicam si vaca
uerint/dicuntur epistole et euange
lia de quarta et quinta dominica in
missis de die. ℭ Feria quarta.

Epistola. Ad romanos.

FRatres. Voluntas quidem cor: cap.
dis mei:& obsecratio ad deū fit 10 ℔
p̄ illis in salutem. Testimoniū enim
perhibeo illis:q̄ emulationē quidē
dei habēt/sed nō scīm scientiā. Ignō
rantes enim iusticiā dei:& suā quere
tes statuere:iusticie dei non sunt sub
iecti. Finis enim legis xp̄s ad iusti
ciam:oī credenti. Secundum Matheum. cap.

IN illo tpe. Cū audisset ies⁹q̄ Io 4 ℔
hannes tradit⁹ esset:secessit in
galileā. Et relicta ciuitate nazareth
venit & habitauit i ciuitate caphar
naū maritima i finib⁹ zabulō & nepta
lim/vt adimpleretur qd̄ dictū est per
esaiā p̄phetā. Terra zabulō et terra
neptalim/via maris trās iordanē ga
lilee gētiū. Populus q̄ ambulabat i tene
bris vidit lucē magnā. Et sedētib⁹ i
regiōe umbre mortis:lux orta est eis.

Et exinde cepit ihesus prædicare: & dicere. Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum celorum.

℣ Feria tertia. Epla Ad Romanos.

cap. 13 A

FRatres. Omnis anima potestatibus sublimioribus: subdita sit. Nō est enī potestas: nisi a deo. Que autē sunt: a deo ordinata sunt.

B Itaq; qui resistit potestati: dei ordinationi resistit. Qui autem resistūt: ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam qui principantur non sunt timori boni operis: sed mali. Vis autē nō timere potestatem: bonū fac & habebis laudē ex illa. Dei enī minister: est tibi in bonū. Si autē male egeris: time. Non enī sine causa: gladiū portat. Dei enī minister est: vindex in īrā ei qui malū agit. Ideoq; necessitate subditi estote: non solū propter īrā/ sed etiā propter cōscientiā. Ideo et tributa præstatis. Ministri enim dei sūt: ad hoc ipsū seruientes. Secundū Lucam

cap. 4 L

IN illo tempore. Egressus est ihesus in virtute spūs in galileam: et fama exiit per vniuersam regionē de illo. Et ipse docebat in synagogis eorū: & magnificabatur ab omnib⁹. Et venit nazareth vbi erat nutritus & intrauit scōm cōsuetudinē suā die sabbati in synagogam: & surrexit legere. Et traditus est illi liber esaie phete. Et vt reuoluit librum: inuenit locum vbi scriptū erat. Spiritus dñi super me propter quod vnxit me: euangelizare pauperibus misit me/ sanare contritos corde. Prædicare captiuis remissionem: et cecis visum/ dimittere confractos in remissionē/ prædicare annū dñi acceptum/ & diē retributionis. Et cum plicuisset libzum: reddidit ministro/ & sedit. Et omnium in synagoga oculi: erant intendentes in eum. Cepit autem dicere ad illos: q; hodie impleta est hec scriptura in auribus vestris. Et dabāt testimonium illi: & mirabantur in verbis gre: que procedebant de ore ipsius. Per totam ebdomadā hz missa dñicalis: nisi festū intercurrat vnde fiat seruitiū/ & nisi quando missa Salus populi. vel quādo dicitur de festo loci/ vel de sancta maria.

℣ Dñica.ij.post octa.epy. Officium.

Monister ra adoret te & et psallat tibi: psalmus dicat nomini tuo altissime. Jubilate deo omnis terra: psalmum dicite nomini ei⁹/ date gloriam laudi eius. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus qui celestia simul & terrena moderaris / supplicationes populi tui clementer exaudi: & pacem tuam nostris concede temporibus. Per dominum nostrum ihesum christum filium tuum. Qui tecum. Ad Romanos.

cap. 12 I

FRatres. Habentes donationes secundū gratiam que data est nobis differentes: sive prophetiā secundū rationē fidei/ sive ministerium in ministrādo/ sive q̄ docet i doctrina. Qui exhortatur in exhortando q̄ tribuit in simplicitate/ qui præest in solicitudine./ q̄ miseretur i hylaritate. Dilectio sine simulatione. Odientes malum: adherentes bono. Charitatem fraternitatis inuicē diligentes. Honore inuicē prevenientes. Solliciti tudine nō pigri. Spiritu feruentes: dño seruientes. Spe gaudentes: in tribulatione patientes. Orationi instantes: necessitatibus sanctorū cōmunicātes/ hospitalitatē sectantes.

Benedicite persequentibus vos: benedicite et nolite maledicere. Gaudete cum gaudentibus/flere cū flentibus. Idipsum inuicem sentientes: non alta sapientes: sed humilibus cōsentientes. Ps. Misit dominus verbum suum et sanauit eos/et eripuit eos de interitu eorum. Cōfiteantur domino misericordie eius/& mirabilia ei⁹ filijs hominum. Alla. Laudate deū oēs angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

Euangeliū Secūdum Johannē.

IN illo tempore. Nuptie facte sūt in chana galilee. Et erat mater ielu ibi. Vocatus est autem ielus: et discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino: dixit mater eius ad eū. Vinū non habēt. Et dixit ei ielus. Quid michi: et tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Dixit mater eius ministris. Quodcūq; dixerit vobis facite. Erant autem ibi lapidee hydrie sex posite secundum purificationem iudeorum capientes singule metretas binas vel ternas. Dixit eis ielus. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas: vsq; ad summum. Et dixit eis ielus. Haurite nunc: et ferte archytriclino. Et tulerunt. Vt autem gustauit archytriclinus aquam vinum factum: et non sciebat vnde esset/ministri autem sciebant q̄ hauserant aquam. Vocat sponsum archytriclinus: et dicit ei. Omnis homo primum bonum vinum ponit: & cum inebriati fuerint/tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti vinū bonum vsq; adhuc. Hoc fecit initium signorum ielus in chana galilee: et manifestauit gloriam suam. Et crediderunt in eum: discipuli eius. Offr. Jubilate deo vniuersa terra: iubilate deo vniuersa terra/psalmum dicite nomini ei⁹ venite audite et narrabo vobis omnes qui timetis deum / quanta fecit deus anime mee alleluya. Secreta.

VT tibi grata sint domine munera populi cui supplicantis: ad omni quesumus contagione perueritatis emunda. Per dominū nostrum ielum chyristum. Prefatio quotidiana. Cōio. Dicit dominus implete hydrias aqua & ferte archytriclino/& dum gustasset archytriclinus aquam vinum factū: dixit sponso / seruasti vinum bonum vsq; adhuc: hoc signum fecit ielus primum coram discipulis suis. Postcommunio. Joh. 2 ℟

Augeatur in nobis domine ihs tue virtutis operatio: vt diuinis vegetati sacramentis: ad eorum promissa capienda/tuo semper munere preparemur. Per dominum nostrum.

Feria quarta. Ad timotheum.

CArissime. Fidelis sermo: et omni acceptione dignus. Quia chyristus ielus venit in hunc mundū peccatores salnos facere: quorū primus ego sum. Sed ideo misericordiam cōsecutus sum: vt in me primo ostenderet chyristus ielus omnem patientiam ad informationem eorum qui credituri sunt illi: in vitam eternam. Regi autem seculorum immortali/inuisibili/soli deo honor et gloria: in secula seculorum amen. cap. 1 ℟

Euāgelium Secundum Marcū. cap. 6 ℟

IN illo tempore. Egressus ielus abyt in patriā suā: & sequebantur illum discipuli sui. Et facto sabbato cepit: in synagoga docere. Et multi audientes: admirabātur in doctrina eius dicentes. Vnde huic hec omnia? Et que est sapientia que data est illi: & virtutes tales que per manus eius efficiuntur? Nonne iste est faber filius marie/frater iacobi & ioseph/et iude / et symonis? Nōne et sorores eius hoc nobiscum sunt? Et scandalizabātur in illo. Et dicebat eis ielus.

Quia non est prophēta sine honore nisi in patria sua:et in domo sua:& in cognatiōe sua. Et nō poterat ibi virtutē vllā facere:nisi paucos infirmos ipositis manib⁹ curauit. Et mirabatur:propter incredulitatem eorum.

℣Feria tertia. Epla. Ad Romanos.

cap. 14 f

FRatres. Scio et confido in domino ihesu:quia nichil commune per ipsum:nisi ei qui existimat q̄d commune esse / illi commune est. Si enim propter cibum frater tuus scandalizatur/aut contristatur:iam non secundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo illū perdere:pro quo christus mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum nostrum. Non est enī regnum dei esca & potus:sed iusticia pax & gaudiū in spiritu sancto. Qui enim in hoc seruit christo:placet deo/ et probatus est hominibus. Itaq; q̄ pacis sunt sectemur: et que edificationis sunt inuicem custodiamus. Noli propter escam destruere opus dei. Omnia quidem munda sunt:sed malum est homini qui per offendiculum manducat. Bonum est non māducare carnem / et non bibere vinū: neq; in quo frater tuus offenditur/ aut scandalizatur / aut infirmatur. Tu fidem quam habes:penes temetipsum habe coram deo. Beatus qui non iudicat semetipsum:in eo quod probat. Qui aūt discernit si manducauerit:dānat⁹ est/q̄ non est ex fide. Omne aūt q̄d nō est ex fide:peccm est.

℣Euangelium Secundum Lucam.

cap. 14 c

IN illo tempore. Descendit ihesus in capharnaum ciuitatem galilee:docebat illos sabbatis. Et stupebant in doctrina ei⁹:q̄ in potestate erat sermo ipsi⁹. Et in synagoga erat homo habens demonium immundum:et exclamauit voce magna dicens. Sine. Quid nobis & tibi ihesu nazarene:venisti perdere nos? Scio te:quis sanctus dei. Et increpauit illum ihesus dicens. Obmutesce:et exi ab eo. Et cū proiecisset illud demonium in medium:exiit ab illo nichilq; illum nocuit. Et factus est pauor in omnibus:et colloquebātur adinuicem dicētes. Quid est hoc verbum:quia in potestate et virtute imperat spiritibus immundis/& exeūt? Et diuulgabatur fama de illo:in omnem locum regionis. ℣Dñica tertia post octauas epyphanie. Officium

Adorate deum omnes angeli eius:audiuit et letata est syon/& exultauerunt filie iude. ps. Dñs regnauit exultet terra:letentur insule multe. Gloria patri. Oratio.

OMnipotens sempiterne deus infirmitatem nostram propicius respice:atq; ad protegendū nos dextram tue maiestatis extende. Per dominum nostrum. Ad Romanos.

cap. 12

FRatres. Nolite esse prudētes apud vosmetipsos. Nulli malū pro malo reddentes. Prouidētes bona non tantū coram deo: sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest quod ex vobis est cū omnibus hominibus pacē habentes. Nō vosmetipsos defendentes charissimi:sed date locum ire. Scriptum est enim. Mihi vindictam:& ego retribuā dicit dñs. Sed si esurierit inimic⁹ tuus: ciba illū. Si sitit:potum da illi. Hoc enim faciens:carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci a malo: sed vince in bono malum. Grad. Timebunt gentes nomen tuum domine:& omnes reges terre gloriam tuam. ℣. Quoniam edificauit dominus syon:& videbitur in maiestate sua. Alla. ℣. Dominus re-

gnauit epulet terra: letentur insule multe.

¶ Euangeliū Secundum Mathei.

In illo tēpore. Cū descēdisset ihesus de monte: secute sūt eum turbe multe. Et ecce leprosus veniens: adorabat eum dicens. Domine: si vis potes me mundare. Et extendens ihesus manum: tetigit eum dicēs. Volo mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi ihesus. Vide neminī dixeris: sed vade ostende te sacerdoti: et offer munus tuum quod precepit moyses in testimoniū illis. Cum autem introisset capharnaum: accessit ad eum centurio rogans eū et dicens. Domine/puer meus iacet in domo paralyticus: et male torquetur. Et ait illi ihesus. Ego veniam: et curabo eū. Et respondens centurio: ait. Domine/non sum dignus vt intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo/et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus: habēs sub me milites. Et dico huic vade: & vadit. Et alio veni: et venit. Et seruo meo fac hoc: et facit. Audiens autem ihesus miratus est: et sequentibus se dixit. Amen dico vobis: non inueni tantam fidem in israel. Dico autem vobis: q multi ab oriente et occidente venient & recumbent cum abraham et isaac & iacob in regno celorum. Filij autem regni eicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus et stridor dentium. Et dixit ihesus centurioni. Vade/et sicut credidisti: fiat tibi. Et sanat9 est puer in illa hora. ℣. Dirigatur. Directa domini fecit virtutem/directa domini exaltauit me non moriar sed viuam: et narrabo opera domini.

Secreta.

Uste perpetue mysteria veneranda recolimus te domine depcātes: vt q̄ deuotis eadē sacrificiis/q̄ debitis operibus assequamur. ℟. Oratio quotidia. Cōtra detrahentes ois de malis que p̄ro eo debāt de ore dei. Postcōm. Quos tantis domine largitus es dei mysteriis: p̄fice quesumus/vt effectibus eor nos veraciter aptare digneris. P̄r dominum nostrū. Luce. 4. D

¶ Feria quarta. Ad Romanos.

Fratres. Obtestor vos per dominum nostrum ihesum christū et p̄ charitatem spūsancti: vt adiuuetis me in orationibus vestris ad deū. Vt liberer ab infidelib9 qui sunt in iudea: & obsequiū mei oblatio accepta fiat in hierosolyma sanctis. Vt veniam ad vos in gaudio per voluntatē dei: vt refrigerer vobiscum. Deus autem pacis: sit cum omnib9 vobis. Amen. Secundum Marcum. cap. 15

In illo tempore. Intrauit ihesus in synagogam: & erat ibi homo habens manum aridam/et obseruabant eum si sabbatis curaret vt accusarent eum. Et ait homini habenti manum aridam. Surge in medium. Et dixit eis. Licet sabbatis benefacere/an male/animam saluam facere an perdere? At illi tacebant. Et circumspiciens eos cum ira: contristatus super cecitate cordis eorum: dixit homini. Extende manum tuam. Et extendit. Et restituta est manus illi. cap. 3

¶ Feria. vi. Epistola. Ad Corinthios.

Fratres. Nescitis quia templū dei estis: & spūs dei habitat in vobis? Si qs autē templū dei violauerit: disperdet illū deus. Templū enim dei sanctū est: quod estis vos. Nemo se seducat. Si quis videtur inter vos sapiēs esse in hoc seculo: stultus fiat vt sit sapiēs. Sapientia enī huius mundi stultitia est apud deū. Scriptū est enī. Comprehendā sapientes: in astutia eorum. Et iterū. Dñs nouit cogitationes sapientū: quoniā vane sunt. Nemo itaq

gloziet̃ur:in hominib9. Omnia enim vestra sunt/sive paul9/sive apollo/ sive cephas/sive mundus/sive vita/ sive moz̃s/sive pzesẽtia/sive futura. Ola enim vestra sunt. Vos autẽ xp̃i: christus autem dei. Scõm matheũ.

Mat. 4 D

IN illo tpe. Circuibat ihesus totã galileã: docẽs in synagogis eoꝝ/et pzedicans euãgeliũ regni/& sanans omnem languoz̃em/& omnem infirmitatẽ in populo. Et abiit opinio eius: in totam syziam. Et obtulerunt ei omnes male habẽtes variis languoz̃ib9 & toz̃mẽtis cõpzehensos: & q̃ demonia habebãt/et lunaticos/ & paralyticos/& curauit eos. Et secute sunt eum turbe multe. Dñica. iiij. post octauas epyphanie. Officium.

p.96

ADoz̃ate deũ omnes angeli eius: audiuit et letata est syon/& exultauerunt filie inde. ps.

ibidē.

Dñs regnauit exultet terra: letentur insule multe. Glozia patri. Oratio.

DEus qui nos in tãtis periculis cõstitutos p hũana scis fragilitate nõ posse subsistere: da nobis salutẽ mẽtis & coz̃pis: vt ea que p peccatis nr̃is patimur/te adiuuãte vincamus. Per dominũ. Ad Romanos.

cap. 13 C

FRatres. Nemini quicq̃ debeatis: nisi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit pzorimum: legem impleuit. Nam non adulterabis: nõ occides/nõ furaberis/nõ falsum testimoniũ dices/non concupisces rem pzorimi tui. Et si quod est aliud mandatum: in hoc verbo instauratur. Diliges pzorimum tuũ: sicut teipsum. Dilectio pzimi: malũ nõ opat. Plenitudo ergo legis: est dilectio. Grad.

Psal. 101 ibidē. p.96

Timebunt gentes nomen tuum domine: & omnes reges terre gloziam tuam. ℣. Quoniam edificauit dominus syon: & videbitur in maiestate sua. ℟. Ista. ℣. Dominus regnauit exultet terra: letentur insule multe.

Euangelium Scõm Matheum.

Luc. 5 C

IN illo tpe. Ascendẽte ihesu in nauiculam: secuti sunt eum discipuli eius. Et ecce motus magnus factus est in mari: ita vt nauicula operiretur fluctibus. Erat autem ille: ventus cõtrarius. Ipse vero dormiebat. Et accesserunt ad eum discipuli eius: et suscitauerunt eum dicẽtes. Domine/salua nos perimus. Et dicit eis ihesus. Quid timidi estis modice fidei? Tunc surgens iperauit vẽtis et mari/et facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt dicentes. Qualis est hic: quia venti et mare: obediunt ei. Offe. Dextera domini fecit virtutem/dextera domini exaltauit me: non moziar sed viuam: et narrabo opera domini. Secreta.

Psal. 117

QUncede quesumus omnipotẽs deus/vt huius sacrificij munus oblatum: fragilitatem nostram ab omni malo purget & muniat. Per dominum nostrum. Pzefatio quotidiana. Cõmunio. Mirabant oẽs de his que pzocedebãt de oze dei. Postcõmunio.

Luc. 4 D

MUnera tua nos deus: & a delectationib9 terrenis expediant et celestibus semper instaurant alimentis. Per dominum nostrum.

Feria quarta. Ad Corinthios.

FRatres. Bonũ est hoi mulierẽ nõ tangere. Propter foz̃nicationẽ aũt vnusquisq̃ vroz̃em suã habeat: & vnaquęq̃ mulier virũ suũ habeat. Vroz̃i vir debitũ reddat: similiter aũt & vroz̃ viro. Mulier sui coz̃poris potestatem nõ habet/sed vir. Similiter aũt et vir/sui coz̃poris potestatẽ non habet: sed mulier. Nolite fraudare inuicem: nisi fozte ex cõsensu ad tempus vt vacetis oratiõi. Et

I.Cor. 7 B

iterum reuertimini in ydipl̄m: ne tentet vos sathanas: ꝓpter incontinentiam vestram. Secundum Lucam.

IN illo tpe. Factū est ambulantibus discipulis i via: dixit quidā ad ihesū. Sequar te quocūq; ieris. Dixit illi ihesus. Vulpes foueas habēt & volucres celi nidos: filius autē hois non habet vbi caput suū reclinet. Ait aūt ad alterū. Sequere me. Ille aūt dixit. Dñe/permitte michi ꝓmum ire: & sepelire patrem meū. Dixitq; ei ihesus. Sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu autē vade & annūcia regnum dei. Et ait alter. Sequar te dñe: sed ꝓmum permitte michi renunciare his q̄ domi sunt. Et ait ad illum ihesus. Nemo mittēs manum suam ad aratrum: et aspiciens retro: aptus est regno dei.

℣ Feria sexta. Ad Corinthios.

FRatres. Vnusquisq; i qua vocatione vocatur est: in ea permaneat. Seruus vocatus es: nō sit tibi cure. Sed & si potes fieri liber: magis vtere. Qui enim i domino vocatus est seruus: libertus est domini. Similiter qui liber vocatus est: seruus est chr̄isti. Pretio empti estis: nolite fieri serui hominū. Vnusquisq; in qua vocatione vocatus est frater in hac permaneat apud deum.

℣ Euangelium Secundū Marcum

IN illo tpe. Offerebant ihesu ꝑuulos vt tangeret illos. Discipuli aūt increpabant: offerentibus. Quos cum videret ihesus: indigne tulit/& ait illis. Sinite paruulos venire ad me: & ne prohibueritis eos. Talium enim est regnum dei. Amen dico vobis: quisquis non receperit regnum dei velut paruulus nō intrabit in illud. Et cōplexans eos: & imponens manus super illos: benedicebat eos. ℣ Dominica quinta post octauas epyphanie. Officium.

ADorate deum omnes angeli eius/audiuit & letata est syon/& exultauerūt filie iude. ꝑs. Dominus regnauit exultet terra: letentur insule multe. Gloria patri et filio: & spiritui sancto. Sicut erat. Oratio. ꝑ.96

FAmiliam tuam quesumus domine continua pietate custodi: & que in sola spe gratie celestis innititur: tua semper protectione muniatur. ꝑ dominum nostrum ihesū chr̄istum filium tuum. Qui tecū vivit & regnat in vnitate spiritus sancti deus. ꝑ omnia secula seculoꝝ. Amen. Ibid.

Ad Collocenses.

FRatres. Induite vos sicut electi dei sancti & dilecti viscera misericordie: manluetudinem/benignitatem/humilitatem/modestiam/patientiam/suppoztantes inuicem/et donātes vobismetipsis si quis aduersus aliquem habet querelam. Sicut & dominus donauit vobis: ita & vos. Super ola autem hec charitatē habete: quod est vinculū perfectionis. Et pax chr̄isti exultet in cozdib⁹ vestris: in qua & vos vocati estis i vno cozpoze & grati estote. Verbum chr̄isti habitet in vobis abundanter/in omni sapientia docentes/& commonētes vosmetipsos i psalmis & ymnis & canticis spiritualibus in gratia: cantantes in cozdibus vestris deo. Omne autem quodcunq; facitis in verbo aut in opere: omnia in nomine domini nostri ihesu chr̄isti facite/gratias agentes deo & patri. ꝑ ihesum chr̄istum: dominum nostrum. cap. 3 16

Gradale. Timebunt gentes nomen tuū domine: & omnes reges terre gloziam tuā. ꝑs. Quoniam edificauit dominus syō: et videbitur i maiestate sua. Alleluya. ꝑs. Dominus regnauit exultet terra: letentur insule multe. ꝑsal. 101 Ibid. ꝑ.96

¶ Euangelium Scōm Matheum.

caſ. 13 L

IN illo tempore. Dixit ihesus discipulis suis parabolam hanc. Simile factū est regnū celorū homini q̄ seminauit bonū semē: in agro suo. Cum autē dormirēt homines: venit inimicus eius & superseminauit zizania in medio tritici: & abiit. Cum autem creuisset herba & fructum fecisset: tunc apparuerunt et zizania. Accedentes autem serui patrisfamilias. Dixerunt ei. Domine nōne bonum semen seminasti in agro tuo: Unde ergo habet zizania: Et ait illis Inimicus homo: hoc fecit. Serui autem dixerunt ei. Vis imus/& colligimus ea: Et ait. Non. Ne forte colligētes zizania: eradicetis simul cum eis et triticum. Sinite vtraq; crescere vsq; ad messē: et in tpe messis dicā messoribꝰ. Colligite primū zizania: et alligate ea in fasciculos ad cōburendū. Triticū aūt congregate: in horreū meum. Ofto. Dextera domini fecit virtutem dextera dñi exaltauit me: nō moriar sed viuā & narrabo opa dñi. Secreta

D

Psal. 117

SUscipe quesumus domine tuorum oblationes / precesq; seruorum: vt sub tue protectionis auxilio & collata non perdāt/& que expetunt apprehendant. Per dominū nostrum ihesum xpm. Pfatio quotidiana. Cōio. Mirabantur omnes de his que procedebant de ore dei. Postcōio.

Luce. 4 D

DEus qui nos sacramenti tui participatione contingis: virtutis eius effectus in nostris cordibus operare: vt muneri diuino q̄ sumpsimus/per ipsum munus apte mur. p dō. ¶ Feria.iij. Ad timotheū

I.2. caſ. 3

QUarissime. Obsecro primum oim fieri obsecratiōes: orationes/postulationes/gratiū actiones pro omnibus hominibus. Pro regibus & omnibꝰ q̄ in sublimitate sunt constituti: vt quietam & tranquillā vitā agam⁹ i omni pietate & castitate. Hoc enim bonū est: & acceptū coram saluatore nostro deo. Qui oēs homines vult saluos fieri: & ad agnitionē veritatis venire. Unus enī deus: vnus et mediator dei & hominū/hō xps ihesus. Qui dedit semetipsū redēptionē pro omnibus: cui testimoniū tēporibus suis firmatū est / in quo positus sū ego predicator & apostol⁹. Veritatē dico: nō mētior doctor gētiū in fide & veritate. ¶ Euangelium Scōm Matheū.

L. 21 C

IN illo tempore. Dixit ihesus turbis iudeorū. Hō quidā habebat duos filios & accedēs ad primū dixit. Fili/vade hodie operare i vineā meā. Ille autē respondens: ait. Nolo. Postea autem penitentia motus: abiit. Accedens autem ad alterum: dixit similiter. At ille respōdens: ait. Eo domine. Et nō iuit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris: Dicit ei. Primus. Dicit illis ihesus. Amen dico vobis: quia publicani & meretrices precedent vos in regno dei. Venit enim ad vos iohannes in via iusticie: & non credidistis ei. Publicani autem et meretrices crediderunt ei: vos autem videntes / nec penitentiā habuistis postea vt crederetis ei. Qui habet aures audiendi: audiat. ¶ Dominica in septuagesima. Ad missam. Officium.

CIrcundederūt me gemitus mortis: dolores inferni circūdederunt me: & i tribulatione mea inuocaui dñm/& ex

audiuit de templo scō suo vocē meam.
Diligam te dñe fortitudo mea: dñs firmamentum meū & refugium meum & liberator me⁹. Gloria patri. ℣ Ab hac die vsq ad vigil. pasche non dicitur Gloria in excelsis. & quocūq; hō missa nisi eōs in cena dñi celebra. Oratio. Oremus. Flectes populi tui quesumꝰ domine clementer exaudi: vt qui iuste pro peccatis nostris affligimur: pro tui nominis gloria misericor diter liberemur. p̄. Ad Corinthios. Fratres. Nescitis q̄ hi qui in stadio currunt omnes quidem currunt/sed vnus accipit brauium. Sic currite: vt comprehendatis. Omnis enim qui in agone contendit: ab omnibus se abstinet. Et illi quidem vt corruptibilem coronam accipiāt: nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro: nō quasi in certum. Sic pugno: non quasi aerē verberans. Sed castigo corpus meū/& in seruitutem redigo: ne forte cum aliis predicauerim: ipse reprobus efficiar. Nolo autem vos ignorare fratres: quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt: & omnes mare transierunt/et oēs in moyse baptizati sunt in nube & in mari. Et oēs eandem escam spiritalem manducauerunt: & oēs eūdē potum spiritalē biberunt. Bibebant autē de spirituali: consequente eos petra. Petra autem erat christus. Graduatoꝛ in oportunitatibus in tribulatione sperent in te qui nouerūt te: quōniā non derelinquis querentes te dñe. ℣. Non in finem obliuio erit pauperis/patientia pauperum non peribit in eternum: exurge domine non prevaleat homo. Non reperatur grad. qñ dicit tractus. de ℣. Tractus. De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam. ℣. Fiant aures tue intendentes: in oratione serui tui. ℣. Si iniquitates obseruaueris dñe: dñe quis sustinebit? ℣. Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuam sustinui te domine. Secundum sanctum.

In illo tempore. cap. Dixit iesus discipulis suis parabolam hanc. Simile est regnū celorum homini patrifamilias: qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suā. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno: misit eos in vineam suā. Et egressus circa horam tertiam: vidit alios stantes in foro ociosos/et dixit illis. Ite & vos in vineam meam: & quod iustum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exijt circa sextam et horam nonam: et fecit similiter. Circa vndecimam vero exijt: et inuenit alios stantes/& dixit illis. Quid hic statis tota die ocioli? Dicūt ei. Quia nemo nos conduxit. Dicit illis. Ite et vos in vineam meam. Cum sero autem factum esset: dixit dominus vinee pueratori suo. Voca operarios et redde illis mercedem: incipiens a nouissimis vsq ad primos. Cum venissent ergo qui circa vndecimā horam venerant: acceperunt singulos denarios. Venientes autem et primi: arbitrati sunt q̄ plus essent acceperuri. Acceperunt autem & ipsi: singulos denarios. Et accipientes/murmurabant aduersus patremfamilias: dicentes. Hi nouissimi vna hora fecerunt: et pares illos nobis fecisti/qui portauimus pondus diei & estus. At ille respondens vni eorum dixit. Amice/non facio tibi iniuriam. Nōne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuum est: et vade. Volo autē et huic nouissimo dare: sicut et tibi. An non licet mihi: quod volo facere? An oculus tuus nequā est: quia ego bonus sum? Sic erunt nouissimi pri-

nt:et primi nouissimi. Multi enim sunt vocati:pauci vero electi. Off.

p.19 Bonum est cōfiteri domino:et psallere nomini tuo altissime.℣. Quoniam magnificata sunt opera tua dñe: nimis profunde

Ibid. facte sunt cogitationes tue.℣. Ecce inimici tui domine peribunt:& dispergētur omnes qui operantur iniquitatem. Secreta.

Muneribus nostris quesumus domine precibusq; susceptis/ et celestibus nos munda mysteriis/ et clementer exaudi. Per dñm. Pre-

p.30 factio quotidiana. Cōmunio. Illumina faciem tuam super seruum tuum / saluum me fac in mia tua dñe non confundar quoniam inuocaui te. Post cōmunio.

Hi deles tui deus per tua dona firmentur:vt eadem et percipiendo requirant/& querendo sine fine percipiant. Per dominum nostrū.

Sciendum est q̄ seruitium huius diei non differtur pter aliquod festū nisi cū purificat. beate marie vel dedicatio ecclesie in hac die contigerit:tunc enim differatur vsq; ad. iij. fer. et tractus. De profundis. pretermittatur:quoniā in ferialibus diebꝰ non dicitur tractus ante. iij. fer. in capite ieiunij nisi tātum in missis p defunctis:nec etiā in fer. sine regimine chori. Quodcūq; vero aliud festū in hac dñica vel in aliqua do. vsq; ad passionem dñi contigerit:semp differatur/licet duplex festū fuer. et fiat seruitiū de ipsa dominica nulla facta de festo memoria:nisi sit fes. iij. lect. quod non differtur:sed tūc de eo fiat memoria: vsq; ad. xl. tantū. A quarta autem feria in capite ieiunij vsq; in crastinum octa. pasche nichil fiat ad missam de fes. iij. lec. nec etiā memoria.

Feria. iij. Epla. Ad Corinthios.

2.cap 4.B Fratres. Si opertum est euangelium nrm in his qui pereūt est opertum. In quibus deus huius seculi excecauit mentes infidelium: vt non fulgeat illuminatio euāgelij glie xpi/qui est ymago dei. Non enī nosmetipsos p̄dicam⁹ sed iesum christum dominū nostrū:nos autem seruos vros per iesum. Quoniam deus qui dixit de tenebris lucē splēdescere:ipe illuxit in cordibus nostris ad illuminationē scientie claritatis dei/ in facie christi iesu. Habemus autem thesaurum istum ostēditum in vasis fictilibꝰ: vt sublimitas sit virtutis dei/& nō ex nobis. In oībus tribulationē patimur:sed nō angustiamur. Aporiamur:sz nō destituimur. Persecutionem patimur:sed non derelinquimur. Humiliamur:sed nō confundimur. Deijcimur: sed non perimus. Semper mortificationem iesu christi in corpore nostro circunferentes:vt et vita iesu in corporibus nostris manifestetur. Semper enī nos qui viuimus/in mortē tradimur propter iesum:vt & vita iesu manifestetur/ carne nra mortali. Ergo mors in nobis operatur:vita autem in vobis. Secundum Mathеum.

In illo tempore. Egressꝰ iesꝰ ibat per galileam:nec volebat quemq̄ scire. Docebat autem discipulos suos: et dicebat illis. Quoniam filius hominis tradetur in manꝰ holm/& occidēt eū:& occisꝰ tertia die resurget. At illi ignorabāt vbū: & timebāt eū interrogare. Et venerūt capharnaū. Qui cū domi essent:interrogabat eos. Quid in via tractabatis? At illi tacebāt. Siquidē iter se in via disputauerāt:quis esset eorū maior. Et residēs vocauit duodecim:& ait illis. Si quis vult primꝰ esse:erit omnium nouissimus & omnium minister. Et accipiēs puerū:statuit eū in medio eor. Quē cū complexꝰ esset:ait illis. Quisquis vnū ex

huiusmodi pueris receperit in nole
meo:me recipit. Et qcunq; me suscepe
rit:nō me suscipit/sed eū q̄ me mi:
sit. Qui hz aures audiendi: audiat.

¶ Feria.vi. Ad Corinthios.

FRatres. Habētes spīm fidei sic
cut scriptū est. Credidi ppter
qō locutus sū: & nos credimus ꝓter
qō & loquimur/scientes qm̄ q̄ suscita:
uit ihesū & nos cum ihesu suscitabit/et
ꝯstituet vobiscum. Omnia enim ꝓ
pter vos vt gracia abundans p mul
tas gratiarū actiones:abundet i glo
riam dei propter quod nō deficimus.
Sed licet is q̄ foris est noster homo
corrūpatur tamē is q̄ intus est reno
vatur de die in diē. Id enī qō in ꝓsēti
ri est momentaneū & leue tribulatio
nis nre: supra modū in sublimitate
eternū glie pondus operatur in no:
bis/nō ꝛtēplantib⁹ nobis q̄ videtur:
sed q̄ nō videtur. Que enī videntur:
tēpozalia sūt. Que aūt nō videntur:
eterna sunt. Secundū Mattheum.

IN illo tempoze.
Dixit ihesus phari:
seis. Qui nō est mecū
ꝛra me est: & q̄ nō ꝛgre
gat mecum/spargit.
Ideo dico vobis. Omne
pctm̄ & blasphemia re:
mittetur hoibus:spūs
aūt blasphemie nō remittet. Et qui:
cunq; dixerit verbū cōtra filiū hois:
remittetur ei. Qui aūt dixerit ꝛra
spīm scīm:non remittetur ei/neq; in
hoc seculo/neq; in futuro. Aut facite
arboꝛē bonam & fructū ei⁹ bonū: aut
facite arboꝛē malā & fructū ei⁹ malū.
Siq̄dē ex fructu:arboꝛ cognoscitur.
Progenies viperarū: quō potestis
bona loqui cum sitis mali? Ex abun
dantia enim coꝛdis os loquitur. Bo
nus homo: de bono thesauro ꝓfert
bona. Et malus hō: de malo thesau:
ro: ꝓfert mala. Dico aūt vobis: qm̄
omne verbū otiosū q̄ locuti fuerint
homines: reddent rationē de eo in die iu
dicij. Ex verbis enim tuis iustificaberis:
& ex verbis tuis cōdemnaberis.

¶ Dominica in.lx. Officium.

EXurge quare obdoꝛmis domine/ p.43
exurge & ne repellas
in finem: quare faciē
tuam auertis/obli:
uiscēris tribulatio:
nem nostram adhesit in terra ven:
ter noster: exurge domine adiuua nos
et libera nos. ps. Deus auribus no: Ibid.
stris audiuimus: patres nostri annūcia:
uerunt nobis. Oratio.

DEus qui conspicis q̄z ex nulla
nostra actione ꝛfidimus: ꝛced
ꝓpicius/vt contra omnia aduersa
doctoꝛis gētium ꝓtectione munia
mur. Per dñm nostrum ihesum xpm.
Decequens epistola tota legat hac
die tantum: quando vero dicitur per
rbō. semper incipiatur ad illam clau
sulam. Dominator ꝓpositus &c. le:
gatur vsq; ad finē. Ad Corinthios.

FRatres. Libenter sufferetis in: 2.cap
sipientes: cum sitis ipsi sapien XI D
tes. Sustinetis enim si quis vos in
seruitutem redigit: si quis devoꝛat:
si quis accipit/si quis extollitur/si
quis in faciem vos cedit. Secundum
ignobilitatē dico: quasi nos infirmi
fuerimus in hac parte. In quo quis
audet in insipientia dico: audeo et
ego. Hebrei sūt: & ego. Israelite sūt
& ego. Semen abrahe sunt: et ego.
Ministri christi sunt: et ego. Ut mi:
nus sapiens dico: plus ego. In labo
ribus plurimis: in carceribus abun:
dantius: in plagis supra modum/
in moꝛtibus frequenter. A iudeis
quinquies quadragenas vna mi:
nus accepi. Ter virgis cesus sum: se:
mel lapidat⁹ sū/ter naufragiū feci.

Nocte ac die: in profundum maris fui. In itineribus sepe: periculis fluminū / periculis latronū / periculis ex genere / periculis ex gentibus / periculis in ciuitate / periculis in solitudine / periculis in mari / periculis in falsis fratribus. In labore & ersūna: in vigiliis multis. In fame & siti: in ieiunijs multis In frigore & nuditate: preter illa que extrinsecus sunt / instantia mea quotidiana sollicitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur / & ego nō infirmor? Quis scandalizatur / & ego nō vror? Si gloriari oportet: q̄ infirmitatis mee sūt gloriabor. Deus et pater domini nostri iesu christi scit qui est benedictus in secula: q̄ non mentior. Diuisio.

Damasci prepositus gentis arethe regis: custodiebat ciuitatem damascenorū: vt me prehēderet. Et per fenestrā in sporta demissus sum per murū & sic effugi manus eius. Si gloriari oportet: non expedit quidē. Veniam autem ad visiones: & reuelationes dñi. Scio hoīem in xp̄o / ante annos quatuordecim siue in corpore / siue extra corpus nescio deus scit: raptū huiusmodi vsq; ad tertiū celum. Et scio huiusmodi hominem siue in corpore siue extra corpus nescio deus scit: q̄m raptus est in paradisum / et audiuit archana verba q̄ nō licet homini loqui. Pro huiusmodi gliabor: pro me aūt nichil / nisi in infirmitatibus meis. Nam & si voluero gliari: non ero insipiens. Veritatem enim dicam. Parco autem de quis me existimet supra id quod videt in me: aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationum extollat me: datus est michi stimulus carnis mee angelus sathane qui me colaphiset. Propter quod ter dominum rogaui / vt discederet a me: & dixit michi. Sufficit tibi gratia mea. Nā virtus in infirmitate perficitur. Libēter igitur gloriabor in infirmitatibus meis. vt inhabitet in me virtus christi. Gradale Sciant gētes quoniam nomen tibi deus / tu solus altissimus super omnem terram. Deus meus pone illos vt rotam & sicut stipulam ante faciem venti. Tractus.

Qui mouisti dñe terrā & cōturbasti eam. Sana cōtritiones eius q̄ mota est. Qui fugiāt a facie arcus: vt liberentur dilecti tui. Secundū Lucam.

In illo tempore. Cum turba plurima conueniret & de ciuitatibus properarent ad iesum: dixit per similitudinē. Exiit q̄ seminat: seminare semē suū. Et dū seminat: aliud cecidit secus viā & conculcatū est / & volucres celi comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram: & natum aruit q̄ non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas: & simul exorte spine suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam: et ortum fecit fructum centuplum. Hec dicens / clamabat. Qui habet aures audiendi: audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius: que esset hec parabola. Quibus ipe dixit. Vobis datum est nosse mysterium regni dei: ceteris autem in parabolis / vt videntes non videant / & audientes non intelligant. Est autem hec parabola. Semen est verbum dei. Qui autem secus viā: hi sunt qui audiunt. Deinde venit diabolus / & tollit verbū de corde eorum ne credentes salui fiant. Nam qui supra petram: qui cum audierint cum gaudio suscipiunt verbum. Et hi radices nō habent: quia ad tempus credunt / & in tempore tentationis recedūt. Quod aūt in spinas cecidit: hi sūt q̄ audierint / & a sollicitudinibus et diuitijs & voluptatibus vite

euntes suffocantur/& non referunt fructū. Quod aūt in bonā terrā: hi sunt q̄ in corde bono & optimo audiētes verbum retinent. Et fructū afferunt in patientia. Ps. 7. Perfice gressus meos in semitis tuis vt non moueantur vestigia mea/inclina aurē tuā & exaudi verba mea: mirifica misās tuas q̄ salvos facis sperantes in te dñe. Ps. 9. Exaudi dñe iustitiā meā: intende deprecationē meā/auribus percipe orationē meam. Ps. 16. Custodi me dñe vt pupillā oculi sub vmbra alaꝝ tuarū protege me/eripe me dñe ab impio. Secreta

INtende q̄s dñe hostiā familie tue vt quā sacris muneribꝰ facis esse participē: tribuas ad eiꝰ plenitudinē puenire. Per. Prefatio quotidia. Cōio. Introibo ad altare dei: ad deū qui letificat iuuentutem meam. Postcōio.

SUpplices te rogamꝰ ops deꝰ/ vt quos tuis reficis sacramentis tibi etiā placitis moribus dignā ter deseruire p̄cedas. Per dominum.

C Feria quarta. Ad corinthios.

FRatres. Ego testē deū inuoco in alam meam/q̄ parcens vobis non veni vltra corinthium: non q̄ dominamur fidei vestre sed adiutores sumus gaudij vestri/nam fide statis. Statui aūt hoc ipsum apud me: ne iterū i tristicia veniē ad vos. Si enim ego contristor vos: & quis est q̄ me letificet/nisi q̄ contristatur ex me. Et hoc ipsum scripsi vobis vt nō cū venero tristiciam super tristiciam habeam de quibus oportuerat me gaudere confidens in omnibus vobis/q̄ meū gaudiū omniū vestrū est. Nā ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas nō vt contristemini: sed vt sciatis quā charitatē habeā abūdantius in vobis. Si quis aūt contristauit me: nō me cōtristauit/sed ex parte vt non onerem oēs vos. Sufficit illi qui huiusmodi est: obiurgatio hec que fit a pluribꝰ ita vt econtrario magis donetis & cōsolemini ne forte abundantiori tristicia absorbeatur/q̄ huiusmodi est. Propter q̄d obsecro vos vt confirmetis illū in charitate. Ideo enī & scripsi vobis vt cognoscā experimentum vestrū/an i omnibus obedientes sitis. Si cui aūtē aliquid donastis & ego. Nam & ego q̄d donaui si quid donaui propter vos in persona xp̄i: vt nō circūueniamur a sathana. Nō enī ignoramus cogitationes eiꝰ. Scōm marcū. cap. 4 a

IN illo tēpore. Cepit iesus docere ad mare: & cōgregata est ad eum turba multa/ita vt in nauim ascēdēs sederet in mari. Et omis turba circa mare: super terrā erat. Et docebat illos in parabolis multa: et dicebat illis i doctrina sua. Audite. Ecce exiit seminans: ad seminādū. Et dū semināt: aliud cecidit circa viam/& venerūt volucres celi & comederunt illud. Aliud vero cecidit super petrosa vbi non habuit terram multā/& statim exortum est q̄m nō habebat altitudinē terre. Et cū exortꝰ est sol exestuauit: & eo q̄ nō habebat radicem exaruit. Et aliud cecidit i spinas: & ascenderūt spine & suffocauerunt illud: et fructum non dedit. Et aliud cecidit i terram bonam: & dabat fructū ascendentē & crescentem/& afferebat vnū tricesimum/& vnum sexagesimum/ & vnum centesimū. Et dicebat. Qui habet aures audiendi: audiat. 25 2. cap 5 15

C Feria sexta. Ad corinthios.

FRatres. Scitotes timorem dñi hortamur: deo aūt manifesti sumus. Spero aūt & in vestris conscientijs vestris: manifestos nos esse. Non enī iterū cōmendamꝰ nos vobis: sed occasionē damus vobis gloriandi p nobis vt habeatis ad eos q̄ in facie gloriātur: & nō in corde. Sive enim mētē excedimꝰ deo sive sobrij sumꝰ vobis. Charitas enim xp̄i: vrget nos.

Estimãtes hoc qñ si vnus pro oĩb⁹ mortuus est: ergo oẽs mortui sunt. Et p omnibus mortuus est xp̃s vt et qui viuunt/iam non sibi viuant: sed ei qui pro ipsis mortuus est: & resurrexit. Secundum Lucam.

cap. 17 E

In illo tempore. Interrogatus ihesus a phariseis qñ venit regnũ dei: respõdit eis & dixit. Non veniet regnũ dei cum obseruatione: neq; dicent ecce hic / aut ecce illic. Ecce enim regnũ dei intra vos est. Et ait ad discipulos suos. Venient dies qñ desideretis videre vnum diem filij hominis: & nõ videbitis. Et dicẽt vobis Ecce hic: et ecce illic. Nolite ire neq; sectemini. Nam sicut fulgur coruscãs de sub celo in ea q̃ sub celo sunt fulget: ita erit filius hois in die sua. Primũ aũt oportet illũ multa pati: & reprobari a generatiõe hac. Et sicut factũ est in diebus noe: ita erit & i diebus filij hois. Edebant & bibebãt/ vxores ducebant & dabantur ad nuptias: vsq; in diẽ qua intrauit noe in archã: & venit diluuiũ et pdidit oẽs. Similiter sicut factum est in dieb⁹ loth edebant & bibebant/emebant & vendebant/plantabãt & edificabãt. Qua die autẽ exiit loth a sodomis: pluit ignẽ et sulphur de celo & omnes perdidit. Secũdũ hec erit: qua die filius hois reuelabitur. In illa hora qui fuerit in tecto & vasa eius in domo: ne descendat tollere illa. Et q̃ in agro similiter: nõ redeat retro. Memores estote vxoris loth. Quicunq; quesierit aiam suam saluam facere: pdet illã. Et quicũq; perdiderit illã: viuificabit eam. Dico vobis. In illa nocte erũt duo in lecto vno: vnus assumetur/et alter relinquetur. Due erũt molẽtes i vnũ: vna assumetur/ et altera relinquetur. Duo in agro: vn⁹ assumetur/& alter relinquetur. Respondentes/dicunt illi. Vbi dñe? Qui dixit illis. Vbicunq; fuerit corpus: illuc congregabuntur et aquile.

Dñica in quinquagesima. Offa.

Esto michi in deum protectorem & in locum refugij: vt saluũ me facias: quoniam firmamẽtum meum et refugium meum es tu: & propter nomẽ tuũ dux michi eris & enutries me. ps. In te domine speraui non confundar in eternũ: in iusticia tua libera me & eripe me. Oratio. Preces nostras quesumus dñe clementer exaudi: atq; a peccatorum vinculis absolutos ab omni aduersitate custodi. Per dominum nostrum ihesum. Ad Corinthios. Fratres. Si linguis hominũ loquar & angelorum: charitatem autem non habeam/factus sum velut es sonans aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam et nouerim mysteria omnia/& omnem scientiam/& si habuero omnem fidẽ ita vt montes transferam: charitatem autem non habuero nichil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas et si tradidero corpus meum / ita vt ardeam: charitatem autem non habuero / nichil michi prodest. Charitas patiens est: benigna est. Charitas non emulatur: non agit perperam/non inflatur/non est ambiciosa/non querit que sua sunt. Non irritatur / nõ cogitat malum/non gaudet sup iniquitate: cõgaudet aũt veritati. Oia suffert/omnia credit: omnia sperat/ oia sustinet. Charitas nunq; excidit. Sive prophetie euacuabuntur/sive lingue cessabũt: sive scientia destrue

ps. 30 et ps. 70

ibidem

tur. Ex parte enim cognoscimus: et ex parte prophetamus. Cū autē venerit quod perfectum est: euacuabit quod ex parte est. Cum essem parvulus: loquebar vt parvulus / sapiebā vt parvulus / cogitabā vt parvulus. Quando autem factus sum vir euacuaui que erant parvuli. Videmus nunc per speculum in enigmate: tunc autem facie ad faciē. Nunc cognosco ex parte: tunc autē cognoscā sicut et cognitus sum. Nunc autē manent fides / spes / charitas: tria hec. Maior autem horū est charitas. ℣. Tu es deus qui facis mirabilia solus / notam fecisti in gentibus virtutem tuam. ℟. Liberasti in brachio tuo populum tuum filios israel iacob et ioseph. Tractus.

IUbilate deo omnis terra: seruite domino in leticia. ℣. Intrate in conspectu eius: in exultatione. ℟. Scitote quoniam dominus ipse est deus: ipse fecit nos et non ipsi nos. ℣. Nos autem populus eius / et oues pascue eius. Euangelium Secundum Lucam.

IN illo tempore. Assumpsit iesus duodecī discipulos suos: & ait illis. Ecce ascendimus hierosolymā: et consummabuntur omnia que scripta sunt p̄ phetas de filio hominis. Tradetur enim gentibus: & illudetur / & flagellabitur / et cōspuetur. Et postq̄ flagellauerint occident eū: & die tertia resurget. Et ipi nichil horum intellexerunt. Erat autem verbum istud absconditum ab eis: et nō intelligebant que dicebātur. Factū est autem cum approprinquaret iericho: cecus quidam sedebat secus viā mendicans. Et cum audiret turbam pretereuntē interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei: q̄ iesus nazarenus trāsiret. Et clamauit dicēs. Iesu fili dauid: miserere mei. Et qui precedebant: increpabant eum vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat. Fili dauid miserere mei. Stans autem iesus: iussit illum adduci ad se. Et cum approprinquasset: interrogauit illum dicens. Quid tibi vis faciam? At ille dixit. Dñe vt videā. Et iesus dixit illi. Respice. Fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit: et sequebatur illum magnificans deū. Et omnis plebs vt vidit: dedit laudem deo. Offe. Benedictus es domine doce me iustificationes tuas: benedictus es dñe doce me iustificationes tuas in labijs meis pronunciaui omnia iudicia oris tui. ℣. Beati immaculati in via: qui ambulant in lege dñi: beati qui scrutātur testimonia eius in toto corde exquirūt eum. ℟. Aufer a plebe tua opprobriū & contemptū: quia mādata tua non sum⁹ obliti domine. Secreta.

HEt hostia quesumus dñe emundet nostra delicta: et ad sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora / mētesq̄ sanctificet. Per dominum. Prefatio quotidiana. Cōio. Manducauerunt et saturati sunt nimis et desiderium eorum attulit eis dominus nō sunt fraudati a desiderio suo. Postcōio.

QUesumus oēs deus: vt q̄ celestia alimēta percepimus / p hec contra oīa aduersa muniamur. Per do.

Feria.iij. in capite ieiunij post sextam in primis fiat sermo ad populū si placuerit. Deinde prosternāt se clerici in choro / & dicāt septem psalmos penitentiales cum Gloria patri. et sicut erat. et ān. Ne reminiscaris. Exceptio vero sacerdō. indutus vestib⁹ sacerdotalibus in cappa serica rubea cum dyacono a dextris / et subdyacono a sinistris cū ceteris ministris altaris qui omnes sint albis cum amictibus induti ante altare dicant p̄ se septē psalmos penitētiales in p̄fatione cū Antiphona. Ne reminiscaris.

Psal. 118

ibidē.

ibidē.

Psal. 77

ps.6

Domine ne i furore tuo arguas me:neq; i ira tua corripias me. Miserere mei dñe qñ infirm9 sñ: sana me dñe/qñ cõturbata sunt ossa mea. Et aia mea turbata est valde:sed tu dñe vsq;quo. Conuertere dñe & eripe aiam meã:saluũ me fac ꝓpter miam tuã. Quñ non est in morte q̃ memor sit tui:in inferno aũt quis cõfitebit tibi? Laboraui in gemitu meo/lauabo per singulas noctes lectũ meũ:lachrymis meis stratum meũ rigabo. Conturbatus est a furore oculus meus: inueteraui inter oẽs inimicos meos. Discedite a me oẽs qui operamini iniquitatẽ:qñ exaudiuit dñs vocẽ fletus mei. Exaudiuit dñs deprecationẽ meã:dñs orationẽ meã suscepit. Erubescant & cõturbẽtur vehemẽter oẽs inimici mei: cõuertantur et erubescant valde velociter. Gloria patri. Sicut erat in.

ps.31

Beati quorũ remisse sunt iniq̃tates:& quor tecta sũt peccata. Beatus vir cui non imputauit dñs peccatũ:nec est in spũ eius dol9. Quñ tacui inueterauerũt ossa mea: dum clamarem tota die. Quoniã die ac nocte grauata est super mẽ manus tua:cõuersus sum in erũna mea/dũ configitur spina. Delictũ meũ cognitum tibi feci:& iniustitiã meã non abscondi. Dixi cõfitebor aduersũ me iniustitiã meã dño:& tu remisisti impietatẽ cordis mei. Pro hac orabit ad te omnis sanctus:in tẽpore opportuno. Verũtamen in diluuio aquarũ multarũ:ad eũ nõ approximabunt. Tu es refugiũ meũ a tribulatione q̃ circũdedit me:exultatio mea erue me a circũdãtibus me. Intellectũ tibi dabo & instruã te in via hac qua gradieris:firmabo sup te oculos meos. Nolite fieri sicut equus & mul9: quibus nõ est intellect9. In chamo & freno maxillas eor̃ constringe: q̃ nõ approximant ad te. Multa flagella peccãtis:sperãtẽ aũt in dño mia circũdabit. Letamini in dño & exultate iusti:& gloriamini omnes recti corde. Gloria patri.

ps.37

Domine ne i furore tuo arguas me:neq; i ira tua corripias me. Quoniã sagitte tue infixe sunt michi:& cõfirmasti sup me manũ tuã. Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: nõ est pax ossibus meis a facie peccatorũ meor̃. Quoniã iniq̃tates mee supgresse sũt caput meũ:& sicut onus graue grauate sũt sup me. Putruerũt & corrupte sũt cicatrices mee:a facie insipientie mee. Miser factus sũ & curuatus sũ vsq; in finẽ:tota die contristatus ingrediebar. Quoniã lumbi mei impleti sũt illusionibus: et nõ est sanitas in carne mea. Afflictus sũ & humiliatus sũ nimis:rugiebã a gemitu cordis mei. Dñe ante te oẽ desiderium meum:& gemitus meus a te nõ est absconditus. Cor meum conturbatum est dereliquit me virtus mea:& lumẽ oculor̃ meor̃/& ipsum nõ est mecum. Amici mei & primi mei:aduersum me approximauerũt & steterũt. Et q̃ iuxta me erãt de longe steterũt & vim faciebãt q̃ q̃rebãt aiam meã. Et qui inq̃rebãt mala michi locuti sũt vanitates:& dolos tota die meditabãtur. Ego aũt tãq̃ surd9 nõ audiebã:& sicut mut9 nõ aperiens os suum. Et factus sum sicut hõ nõ audiẽs:& non habẽs in ore suo redargutiones. Quoniã in te dñe speraui:tu exaudies me dñe deus me9. Quia dixi neq̃ supergaudeant mihi inimici mei:& dum commouẽtur pedes mei sup me magna locuti sunt. Quoniã ego in flagella paratus sum:& dolor meus in aspectu meo semp. Quoniã iniq̃tatem meã annunciabo:& cogitabo pro peccato meo. Inimici aũt mei viuunt & cõfir-

mati sūt super me:& multiplicati sūt q̄ oderūt me inique. Qui retribuēbāt mala pro bonis detrahebant michi: q̄m sequebar bonitatē. Ne derelinquas me dñe deus meus:ne discesseris a me. Intende l adiutoriū meū: dñe deus salutis mee. Gloria patri.

Psal. 101

et ar gy. sed sequat⁹ Dns vobiscū. ℭ Flectamus genua Leuate. Oratio.

PResta q̄s oīp̄s de⁹ vt quos ieiunia votiua castigāt: ipa quoq; deuotio sct̄ā letificet: vt terrenis affectib⁹ mitigatis: facilius celestia capiamus. ℣. Per dn̄m. Hic dicitur memoz̄ie cōmete. Lectō ysaie pphete.

HEt dicit dn̄s deus. Lauamini/ cap. I E
mundi estote: auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Quiescite agere pessime: discite benefacere. Querite iudicium: subuenite oppz̄esso/iudicate pupillo/defendite viduam: et venite ℟ arguite me/dicit dn̄s. Si fuerint peccata vestra vt coccinū: quasi nix dealbabūtur. Et si fuerint rubra quasi vermiculus velut lana alba erūt. Si volueritis/et audieritis me: bona terre comedetis. Dicit dn̄s oīp̄s. Gr. Beata gens cuius est dn̄s de⁹ eoz̄: ps. 32
populus quē elegit dn̄s in hereditatē sibi. ℣. Verbo dn̄i celi firmati sūt et spū oz̄is Ibiō.
eius omnis virtus eoz̄um. Tract⁹. De necessitatibus meis. vt s̄. feria. iiij. post Reminiscere. Secundum Johannē

IN illo tpe. pz̄eteriēs ies⁹ vidit hominē cecū a natiuitate. Et interrogauerunt eū discipuli eius. Rabbi quis peccauit: hic aut parentes eius vt cecus nasceretur? Rn̄dit ihesus. Neq; hic peccauit: neq; parētes ei⁹: sed vt manifestent opera dei in illo. ℣. Me oportet operari cap. 9 A

opera ei⁹ q̄ misit me donec dies est. Venit nor: qñ nemo potest operari. Quādiu sū in mundo: lux sū mundi. Hec cū dixisset: expuit in terrā/ & fecit lutū ex sputo & linuit lutū super oculos eius/ & dixit ei. Vade/ & lava in natatoria syloe: qđ interpretatur
B missus. Abijt ergo & lauit: & venit videns. Itaq; vicini & q̄ viderant eum prius/ qz mēdicus erat dicebāt. Nōne hic est qui sedebat/ & mēdicabat? Alij dicebant qz hic est: alij autē nequaq̄ sed similis est ei⁹. Ille vero dicebat qz ego sum. Dicebant ergo ei. Quō apti sūt tibi oculi? Respondit. Ille homo q̄ dicit iesus lutū fecit et unxit oculos meos & dixit michi. Vade ad natatoriā syloe & lava. Et abij
L & lavi & vidēo. Dixerūt ei. Ubi est ille? Ait. Nescio. Adduxerūt eū ad pharisēos: q̄ cecus fuerat. Erat aūt sabbatū qñ lutum fecit ies⁹: & aperuit oculos ei⁹. Iterū ergo interrogabāt eū pharisei: quō vidisset. Ille aūt dixit eis. Lutū posuit michi super oculos: & lavi/ & vidēo. Dicebāt ergo ex pharisēis quidam. Nō est hic hō a deo: q̄ sabbatū nō custodit. Alij aūt dicebant. Quō potest hō pctōr hec signa
D facere? Et scisma erat inter eos. Dicunt ergo ceco iterū. Tu quid dicis de eo: qui aperuit oculos tuos? Ille aūt dixit/ qz ꝓpheta est. Non crediderunt ergo iudei de eo/ qz cecus fuisset & vidisset: donec vocauerūt parētes ei⁹ q̄ viderat: et interrogauerūt
E eos dicētes. Hic est filius vester quē vos dicitis/ qz cec⁹ nat⁹ est? Quō ergo nūc videt? Respōderūt eis parētes ei⁹/ & dixerūt. Scimus/ qz hic est filius noster: et qz cecus natus est. Quō aūt nunc videat/ nescim⁹: aut quis ei⁹ aperuit oculos/ nos nescimus. Ipsū interrogate: etatem habet. Ipse de se loquatur. Hec dixerūt parētes ei⁹: qz timebant iudeos. Jam enim cōspiraverant iudei: ut si quis eū confiteretur esse xp̄m: extra synagogā fieret. Propterea parentes ei⁹ dixerūt qz etatē habet/ ipsū interrogate. Vocaverūt ergo rursū hominem q̄ fuerat cecus: & dixerunt ei. Da gloriā deo. Nos scim⁹: qz hic homo peccatōr est. Dixit ergo eis ille. Si peccatōr est nescio: unū scio/ qz cecus cū essem: modo vidēo. Dixerūt ergo illi. Quid fecit tibi: aut quō aperuit tibi oculos? Respondit eis. Dixi vobis iā: & audistis. Quid iterum vultis audire? Nunq̄d & vos vultis discipuli eius fieri? Maledixerūt ergo ei: & dixerūt. Tu discipulus illius f
sis: nos aūt moysi discipuli sumus. Nos scim⁹/ qz moysi locut⁹ est de⁹/ hūc aūt nescimus unde sit. Respōdit ille homo & dixit eis. In hoc enī mirabile est/ qz vos nescitis unde sit: et aperuit oculos meos. Scimus aūt/ qz pctōres de⁹ nō audit. Sed si q̄s dei cultor est/ & voluntatē ei⁹ facit: hūc exaudit. A seculo nō est auditū: quia aperuit quis oculos ceci nati. Nisi esset hic a deo: non poterat facere quicq̄. Respōderunt & dixerūt ei. In peccatis natus es totus: & tu docēs nos. Et eiecerūt eū foras. Audivit ies⁹ qz eiecerūt eū foras: & cū invenisset eū/ dixit ei. Tu credis in filiū dei? Respōdit ille/ & dixit. Quis est dñe/ ut credā i eū? Et dixit ei ies⁹. Et vidisti eū: & q̄ loquitur tecū/ ipse est. At ille ait. Credo dñe. Et pcidēs: adorauit eū. Oratio. Benedicite gentes dñm deū nostrū: et obaudite vocē laudis eius qui posuit aiam meā ad vitam: non dedit cōmoveri pedes meos: bñdicr⁹ dñs/ qui non amovit deprecationem meam et misericordiam suam a me. Ps⁹. Jubilate deo oīs terra: psalmum dicite nomini ei⁹ date gloriam laudi eius. Secretā.

SUpplices te rogamus omnip⁹ de⁹: ut his sacrificijs pctā nr̄a

mūdētur:q; tūc verā nobis tribuis: ⁊ mentis ⁊ corporis sanitatē.p dñm. Oratio. Qui corpo. ieiu. Collecta. Qui fecit exsputo dñs/⁊ liniuit oculos meos: et abij ⁊ laui:⁊ vidi/⁊ credidi deo. Postcōio. Sacramenta que sumpsimus dñe deus nr:⁊ spiritalibus nos repleāt alimētis:⁊ corporalib⁹ tueant auxilijs. Per dñm. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Ofo. Prēāt aures mie tue dñe precibus supplicātiū:⁊ vt petētib⁹ desiderata cōcedas: fac eos que tibi placita sunt postulare. Per dominū. ¶ Feria.v.post Letare. Officium.

Letetur cor querentiū dñm:querite dominū: et confirmamini querite faciē eius semp. ps. Cōfitemini dño ⁊ invocate nomē ei⁹:annūciate inter gētes opera eius. Flectam⁹ genua Levate. Ofo. Presta q̄s ops de⁹:vt quos ieiunia votiua castigāt:ipsa quoq; devotio sancta letificet:vt terrenis affectib⁹ mitigatis:facili⁹ celestia capiamus. Per dñz. Lectio libri Regū. In diebus illis. Venit mulier sunamitis ad helisēū pphetā in mōtē carmeli. Cūq; vidisset eam vir dei decontra:ait ad giezi puerū suū. Ecce sunamitis illa. Vade ergo loccurrum eius: et dic ei. Recte ne agit circa te:⁊ circa virum tuū/et circa filiū tuū? Que respondit. Recte. Cūq; venisset ad virū dei in montē:apprehendit pedes eius. Et accessit giezi: vt amoueret eā. Et ait homo dei. Dimitte eā:anima enim eius in amaritudine est:et dñs celauit a me ⁊ non indicauit michi. Que dixit illi. Numquid petiui filiū a dño meo? Numqd non dixi tibi: ne illudas mi? Et ille ait ad giezi. Accinge lūbos tuos:⁊ tolle baculū meū in manu tua:et vade. Si occurrerit tibi homo:nō salutes eū. Et si salutauerit te quispiā:nō respondeas illi:⁊ pones baculū meum super faciē pueri. Puto mater pueri ait. Vivit dñs:⁊ vivit aia tua/nō dimittā te. Surrexit ergo:⁊ secutus est eam. Giezi autem precesserat ante eos:⁊ posuerat baculum super faciem pueri:⁊ nō erat vox neq; sens⁹. Reversusq; est giezi in occursū eius: et nunciauit ei dicens. Nō surrexit puer. Ingressus est ergo heliseus domum:et ece puer mortuus iacebat in lectulo eius. Ingressusq; clausit ostiū super se/⁊ super puerū:et oravit ad dñm. Et ascēdit ⁊ incubuit super puerū:posuitq; os suū sup os ei⁹/ et oculos suos super oculos eius/et manus suas super manus eius:⁊ incurvauit se super eum: et calefacta est caro pueri. At ille reversus deambulabat in domo semel/huc atq; illuc. Et ascendit ⁊ incubuit sup puerū:⁊ oscitauit puer septies:aperuitq; oculos suos. At ille vocauit giezi: et dixit ei. Voca sunamitē hāc. Que vocata ingressa est ad eum. Cui ait. Tolle filiū tuū. Venit illa:⁊ corruit ad pedes eius/et adorauit sup terram. Tulitq; filiū suū:et egressa est. Heliseus vero:reversus est in galgala. Gr. Respice dñe in testamentū tuum ℣. 73 ⁊ animas pauperū tuor ne obliviscaris in finē. ℣. Exurge dñe et iudica causam tuā Ibid. memor esto opprobrij seruorum tuorum.

¶ Euangelium Secūdū Johannem.

In illo tēpore. Dixit ihesus turbis iudeor. Pater meus vsq; modo operatur:et ego operor. Propterea ergo magis querebāt eū iudei interficere/ quia nō solum soluebat sabbatum: sed et patrem suum dicebat deum/ equalem se faciens deo. Lab. ℣ 5

Respondit itaq; ihesus / et dixit eis.
D Amen amen dico vobis:nō potest filius a se facere q̄q̄:nisi quod viderit patrē facientē. Quecunq; enim ille fecerit/hec & filius similiter facit. Pater enim diligit filiū: & omnia demonstrat ei que ipse facit:et maiora his demonstrabit ei opera:vt et vos miremini. Sicut enim pater suscitat mortuos/& viuificat sic et filius quos vult viuificat. Neq; enim pater iudicat quemq̄:sed omne iudicium dedit filio:vt omnes honorificent filiū sicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium:non honorificat patrem/qui misit illum. Amen amē dico vobis:quia qui verbum meum
E audit/& credit ei qui misit me:habet vitam eternam. Et in iudiciū nō venit: sed transiet a morte in vitam. Amen amen dico vobis:q; venit hora & nūc est:quando mortui audient vocem filij dei & qui audierint viuēt. Sicut enim pater habet vitam in semetipso:sic dedit et filio vitā habere in semetipso. Et potestatem dedit ei iudiciū facere:quia filius hominis est. Nolite mirari hoc:q; venit hora/in qua oēs qui in monumētis sunt:audient vocē filij dei. Et procedēt qui bona fecerunt:in resurrectionem vite. Qui vero mala egerunt:in resurrectionē iudicij. Offe. Dñe ad adiuuādū
p.39 me festina:confundātur omnes aduersarij
Ibid. mei/qui cogitāt michi mala. V. Expectans expectaui dominum:& respexit me de lacu miserie/et de luto fecis. Secreta.

Purifica nos misericors deus:vt ecclesie tue preces q̄ tibi grate sunt/pia munera deferētes:fiant expiatis mentibus gratiores. Per dominū. Prefatio. Qui corporali ieiunio.
Ibid. Domine/memorabor iusticie tue so-
p.70 lius deus docuisti me a iuuentute mea: et vsq; in senectam et senium/deus ne derelinquas me. Postcommunio.

Celestia dona capientibus quesumus domine nō ad iudiciū peruenire patiaris: que tuis fidelibus/ad remedium prouidisti. Per dominū nostrum. Super populū. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Populi tui deus institutor & rector pctā quibus impugnat expelle:vt semp tibi placit⁹/& tuo munimine sit securus. Per do. C Feria vi.post Letare. Ad missam. Officium

Meditatio cordis
p.18 mei in conspectu tuo semper:domine adiutor meus
et redemptor meus. Ps. Celi enarrant gloriam dei: et opera
Ibid. manuum eius annunciat firmamentum. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Deus qui ineffabilibus mundi renouas sacramentis: presta quesumus:vt ecclesia tua eternis p ficiat institutis:et temporalibus nō destituatur auxilijs. Per dominum nostrum. C Lectio libri Regum.

In diebus illis. Egrotauit filius
3.reg. 17 mulieris mulierfamilias:et erat languor fortissimus:ita vt nō remaneret in eo alitus. Dixit ergo ad helyā. Quid michi et tibi vir dei? Ingressus es ad me:vt rememorarent iniquitates mee:& interficeres filiū meū? Et ait ad eā helyas. Da michi filiū tuum. Tulitq; eū de sinu illius: et portauit eū in cenaculum vbi ipse manebat: et posuit eū super lectum suū/et clamauit ad dominū & dixit. Dñe deus meus:etiā ne viduā apud quā ego vteūq; sustētor afflixisti / vt interficeres filiū eius. Et expandit se/atq; mensus est super puerū trib⁹ vicibus: clamauitq; ad dñm/et ait. Domine deus meus:reuertatur oro anima pueri huius/in viscera eius. Exaudiuit autem dominus vocē helye et reuersa est anima pueri intra

eū/& reuisit. Tulitq; helyas puerū & deposuit eū de cenaculo/& liberiozē domū:& tradidit illū matri sue/& ait illi. Ecce viuit filius tuus. Dixitq; mulier ad helyā. Nunc in isto cognoui/ qm̄ vir dei es tu:et verbū dñi in ore tuo verū est. ℣. Bonū est cōfidere in dño:q̄ confidere in homine. ℣. Bonum est sperare in dño/q̄ sperare in principibus. Tractus. Domine non secundum. htē. feria. iiij. quatuoz tempoz um. ko. xxxij. ℭ Secundum Johannem.

In illo tpe. Erat q̄dam languens lazarus a bethania:de castello marie/& marthe sororis eius. Maria autem erat que unxit dñm unguēto:& extersit pedes eius capillis suis:cuius frater lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad eum:dicentes. Domine:ecce quē amas/infirmatur. Audiens autem iesus:dixit eis. Infirmitas hec/nō est ad mortem:sed pro gloria dei:ut glorificetur filius dei per eam. Diligebat autem iesus martham/& sororem eius mariam & lazarū. Ut ergo audiuit q̄ infirmabatur:tunc quidē mansit in eodem loco duobus diebus. Deinde post hec:dixit discipulis suis. Eamus in iudeā iterū. Dicunt ei discipuli. Rabbi/nunc querebant te iudei lapidare:& iterum vadis illuc? Respondit iesus. Nonne duodecim sunt hore diei? Si quis ambulauerit in die non offendit:q̄ lucem huius mūdi videt. Si autem ambulauerit in nocte offendit:q̄ lux non est in eo. Hec ait:& post hec dicit eis. Lazarus amicus noster dormit: sed vado ut a somno excitem eum. Dixerūt ergo discipuli eius. Dñe:si dormit:saluus erit. Dixerat aūt iesus de morte eius:illi aūt putauerūt/q̄ de dormitione somni diceret. Tunc ergo dixit eis iesus manifeste. Lazarus mortuus est:& gaudeo pter vos/ ut credatis:qm̄ nō eram ibi:sed eamus ad eū. Dixit ergo thomas/q̄ dī didimus/ad cōdiscipulos. Eamus & nos: L et moriamur cū eo. Venit itaq; iesus: & inuenit eū quatuoz dies iam in monumēto habētē. Erat aūt bethania iuxta hierosolymam quasi stadijs quindecim. Multi aūt ex iudeis:venerāt ad martham & mariā ut consolarētur eas de fratre suo. Martha ergo ut audiuit q̄ iesus venit:occurrit illi. Maria aūt domi sedebat. Dixit ergo martha ad iesū. Dñe/si fuisses hic:frater meus nō fuisset mortuus. Sed & nunc scio:q̄ quecunq; poposceris a deo:dabit tibi deus. Dixit illi iesus. Resurget frater tuus. Dixit ei martha. Scio:q̄ resurget in resurrectione in nouissimo die. Dixit ei iesus. Ego sū resurrectio & vita. Qui credit in me etiā si mortuus fuerit vivet. Et oīs q̄ viuit & credit in me/nō morietur in eternū. Credis hoc? Ait illi. Utiq; dñe. Ego credidi:q̄ tu es xp̄s filius dei vivi:qui in hunc mundū venisti. Et cū hec dixisset:abiit et vocauit mariā sororē suam silētio/ dicens. Magister adest/et vocat te. Illa aūt ut audiuit surrexit cito/& venit ad eū. Nōdū enī venerat iesus in castellū:sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei martha. Iudei ergo qui erant cū ea in domo & cōsolabātur eā:cū vidissent mariā q̄ cito surrexit:& exiit/secuti sūt eā dicētes:q̄ vadit ad monumētū/ut ploret ibi. Maria ergo cū venisset vbi erat iesus:videns eū:cecidit ad pedes eius: et dixit ei. Dñe/si fuisses hic: nō esset mortuus frater meus. Iesus ergo ut vidit eā plorantē:et iudeos q̄ venerāt cū ea plorātes:infremuit spū:& turbauit semetipsum:& dixit.

ubi posuistis eū? Dicūt ei. Dñe: veni/& vide. Et lachrymatus est ies9. Dixerūt ergo iudei. Ecce quō amabat eū. Quidā aūt ex ipsis dixerūt. Nōn poterat hic q̄ aperuit oculos ceci nati: facere vt & hic non moreret: Ies9 ergo rursū fremēs in semetipso venit ad monumētū. Erat aūt spelūca: & lapis suppositus erat ei. Ait iesus. Tollite lapidē. Dixit ei martha soror ei9 q̄ mortu9 fuerat. Dñe iam fetet: quatriduanus enī est. Dixit ei ies9. Nōne dixi tibi: qm̄ si crediderīs: videbis gloriā dei? Tulerūt ergo lapidē. Ies9 aūt eleuatis sursū oculis in celū: dixit. Pater/gr̄as ago tibi: qm̄ audisti me. Ego aūt sciebā/q̄ sē per me audis: sed p̄pter populū q̄ circūstat dixi vt credāt: q̄ tu me misisti. Hec cū dixisset: voce magna clamauit. Lazare: veni foras. Et statim p
F dijt q̄ fuerat mortuus: ligat9 pedes & man9 institis: & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis ies9. Solui te cū: et sinite abire. Multi ergo ex iudeis: q̄ venerāt ad mariam & marthā & viderāt q̄ fecit ies9: crediderūt
p.17 in eū. Oratio. Populū humilē caluum facies dñe: & oculos superbos humiliabis: qm̄
Ibid. quis de9 p̄ter te dñe. Secr. Clamor me9 in aspectu ei9: introibit in aures ei9. Secr.

Munera nos dñe q̄s oblata purificent: & te nobis faciant iugiter esse placatum. P̄r dn̄m. Postcat.
Johā 12. E Qui cū patre vi. Cōio. Videns dñs flentes sorores lazari ad monumentum: lachrymatus est coram iudeis: & clamabat lazare veni foras/et prodijt ligatis manibus et pedibus/qui fuerat quatriduanus mortuus. Postcommunio.

Hec nos q̄s dñe sacramenti: & a p̄nīs reatibus indesinēter expediat: & ab omnibus tueatur aduersis. P̄r dominum nostrum. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Aquesumus oms deus: vt q̄ infirmitatis nostre cōscij/de tua pietate confidimus: sub tua protectione semper gaudeamus. P̄r dominū.

Sabbato post Letare.
Ad missam. Officium.

Sitientes venite ad aquas dicit dñs: & qui non habetis p̄ciū: venite & bibite cum letitia. Ps. Attēdite popule meus legē meā: inclinate aurē vestram/in verba oris mei. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Hat q̄s dñe per gratiā tuā fructuosus nr̄e devotiōis affect9: q̄ tūc nobis p̄derūt suscepta ieunia si tue sint placita pietati. P̄r dominum. Lectio ysaie prophete.

Et dicit dñs deus. In tempore placito exaudiui te: & in die salutis/auxiliatus sum tui. Et seruaui te: & dedi te in fedus populi: vt suscitares terram: & possideres hereditates dissipatas vt diceres his q̄ vincti sunt/exite: et his qui in tenebris reuelamini. Super vias pascētur: & in omnibus planis/pascue eorum. Non esurient neq̄ sitient: et non percutiet eos estus & sol: q̄ miserator eorum reget eos: et ad fontes aquarum potabit eos. Et ponā oēs montes meos in viam: & semite mee exaltabuntur. Ecce isti de longe venient: & ecce illi ab aquilone: & mari: & isti de terra australi. Laudate celi et exultet terra/iubilate montes laudem: quia consolatus est dominus populum suum: & pauperum suorū miserebitur. Et dixit syon. Dereliquit me dominus: & dominus oblitus est mei. Nūquid obliuisci potest mulier infantem suum: vt non miserea tur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit: ego tamen non obliuiscar tui. Dicit dominus omnipotens.

Eta. 553

p77

cap. 49

D

p.17

Ibid.

ps. 9 Grad. Tibi domine derelictus est pau-
Ibid. per: pupillo tu eris adiutor. ℣. Ut quid domine recessisti longe: despicis in opor-tunitatibus in tribulatione: dum superbit impius / incenditur pauper.

℣ Euāgeliū Secundū Johannem.

Laß. 8 13

IN illo tēpore. Di-rit iesꝰ turbis iu-deorum. Ego sum lux mundi. Qui sequit me/ non ambulat in tene-bris: sed habebit lumē vite. Dixerunt ergo ei pharisei. Tu de teipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verum. Respondit ie-sus: et dicit eis. Et si ego testimonii perhibeo de meipso: verum est testi-monium meū: quia scio unde veni/ & quo vado. Vos autem nescitis unde venio/ aut quo vado. Vos secundum carnē iudicatis: ego nō iudico quēq̄. Et si iudico ego/ iudicii meum verū est: quia solus non sum: sed ego/ et qui misit me pater. Et in lege vestra scriptum est: quia duorū hominū te-stimonii verum est. Ego sum qui te-stimonii perhibeo de meipso: & testi-monii perhibet de me/ qui misit me pater. Dicebant ergo ei. Ubi est pa-ter tuus? Respondit iesus. Neq̄ me scitis: neq̄ patrem meum. Si me sci-retis: forsitā & patrem meū sciretis. Hec verba locutus est iesus in gazo-philatio/ docēs in templo. Et nemo apprehendit eum: quia nondum vene-rat hora eius. ℣. Factus est dñs fir-mamentū meum: et refugium meū/ & libe-rator meus sperabo in eum. ℟. Persequar inimicos meos: & cōprehendam illos & non convertar donec deficiant. Secreta.

OBlationibus quesumus domi-ne placare susceptꝰ: et ad te no-stras etiam rebelles compelle propi-cius voluntates. Per dominū. Pre-fatio. Qui corporali ieiunio. Cōio. Dominus regit me et nichil michi deerit: in loco pascue ibi me collocauit: super aquā refectionis educauit me. Postcōmunio. ps.22

QUa nos quesumus domine q̄ sumpsimus sancta purificent: & operationis sue remedio: te nobis faciāt esse placatum. Per dominum nostrū iesum. Super populum Du-miliate capita vestra deo. Oratio.

DEus qui sperantibus in te mi-sereri potius eligis/ q̄ irasci: da nobis digne flere mala que fe-cimus: vt tue consolationis gratiā in-uenire valeamus. Per dominū no.

℣ Dominica in passione domini.

Ad missam. Officium.

IUdica me de-us/ et discerne cau-sā meā: de gente nō sctā ab homine ini-quo/ et dolo eripe me: quia tu es deus meus/ & fortitudo mea. ps. Emitte lu-cem tuam & veritatem tuam: ipsa me de-duxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum/ et in tabernacula tua. ps.42 Ibidē Ab hac die usq̄ ad pascha/ nō dicitur Gloria pa-tri. post officium ad missam de tēpo-rali: nisi tantum in die cene quando epyscopus celebrat. Oratio.

QUesumus omnipotēs deus: ha-miliam tuā propicius respice/ vt te largiente regatur in corpore: & te seruante custodiatur i mēte. Per dominum nostrum. Ad hebreos.

FRatres. Christus assistens pō-tifex futurorū bonorū per am-plius et perfectius/ tabernaculū nō manufactū: id est non huius creatio-nis: neq̄ per sanguinem hircorū/ aut vitulorū: sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta eterna re-demptione inuenta. Si enī sanguis hircorum/ aut taurorum/ et cinis vi-tule asperſus / inquinatos sanctifi- caß. 9 D 6

cat ad emundationē carnis: ℣to magis sanguis christi/qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum deo/emūdabit conscientiā nostrā ab operibus mortuis/ad seruiendum deo viuenti. Et ideo noui testamenti mediator est: vt morte intercedēte in redēptionē eaꝝ prēuaricationū/que erāt sub priori testamēto: repromissionē accipiāt/qui vocati sunt eterne hereditatis? In christo iesu: dño nostro. Grad. Eripe me de inimicis meis: doce me facere voluntatē tuam. ℣. Liberator meus dñe de gentibus iracundis ab insurgentibus in me exaltabis me: a viro iniquo eripies me. Tract.

Psal. 139 Ibidē

Psal. 128 et oia infra.

SEpe expugnauerunt me a iuuentute mea. ℣. Dicat nūc israel: sepe expugnauerūt me a iuuentute mea. ℣. Etenim nō potuerūt michi: supra dorsū meū fabricauerūt peccatores. ℣. Prolōgauerūt iniquitatē sibi: dñs iustus cōcidet cervices peccatoꝝ.

Cℯuangeliū Secundū Johannem.

Cap. 8 F

IN illo tēpore. Dicebat iesus turbis iudeorum: et principibus sacerdotum. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico: quare nō creditis michi? Qui ex deo est: verba dei audit. Propterea vos nō auditis: qꝛ ex deo non estis. Respōderunt igitur iudei: et dixerunt ei. Nonne bene dicimus nos: quia samaritanus es tu: et demonium habes. Respondit iesus. Ego demonia non habeo: sed honorifico patrē meum/et vos inhonorastis me. Ego autem non quero gloriā meam: est qui querat et iudicet. Amen amen dico vobis: si quis sermonem meum seruauerit: mortem non videbit in eternum. Dixerunt ergo iudei. Nunc cognouimus/quia demonium habes. Abraham mortuus est ⁊ prophete: ⁊ tu dicis: si quis sermonem meū seruauerit: mortē nō gustabit i eternū. Numquid tu maior es pre nro abrahā qui mortuus est? Et prophete mortui sunt. Quē teipsum facis? Respōdit iesus. Si ego glorifico meipsum: glia mea nichil est. Est pater meus qui glorificat me: quē vos dicitis/qꝛ deus vester est: ⁊ non cognouistis eū. Ego autē noui eū. Et si dixero qꝛ nescio eum: ero similis vobis mēdax. Sed scio eū: ⁊ sermonē eius seruo. Abraham pater vester exultauit vt videret diem meū: vidit/⁊ gauisus est. Dixerunt ergo iudei ad eū. Quinquaginta annos nondū habes: ⁊ abraham vidisti? Dixit eis iesus. Amen amen dico vobis: antē abraham fieret ego sum. Tulerunt ergo lapides: vt iacerent in eū. Jesus aūt abscondit se: ⁊ exiuit de templo. Off. Confitebor tibi dñe in toto corde meo: retribue seruo tuo vt viuā et custodiam sermones tuos: viuifica me secundū verbum tuum domine. Secreta.

Psal. 118

OBlatas fidelis tuorū omnipotens deus propicius ituere: ⁊ cōcede/ne cathena seculi captinos teneat quos passione filij tui: in obus liberos esse voluisti. Qui tecū viuit. Prefatio quotidiana. Hac die dū sacerdos se cōicat: cantetur hec cōio. Hoc opus quod pro vobis tradetur: hic calix noui testamēti est in meo sanguine dicit dñs: hoc facite quotiēscunq; sumitis in meam commemorationem. Post cōio.

Luc. 22 b

ADesto nobis quesumꝰ domine deus noster: ⁊ quos tuis mysteriis recreasti: perpetuis defende presidijs. Per dominū. C Feria secunda post Judica. Ad missam. Officium.

Ps. 55

MIserere michi domine: quoniam conculcauit me homo: tota die bellans tribulauit me. ℣. Conculcauerūt me

Ibid.

inimici mei tota die:quoniã multi bellãtes aduersum me. Non dicitur Gloria pri. Flectamus genua Leuate. Oratio.

SAnctifica quesumus domine nostra ieiunia:et cunctarũ nobis propicius indulgentiam largire culparum. Per dominum nostrũ iesum xpm. Lectio Jone prophete.

IN diebus illis. Factum est verbum domini ad ionam prophetam secundo/dicens. Surge/et vade in niniuem ciuitatem magnam:& predica in ea predicationem/quam ego loquar ad te. Et surrexit ionas: et abiit in niniuem/iuxta verbũ domini. Et niniue erat ciuitas magna itinere dierum trium. Et cepit ionas introire ciuitatẽ/itinere diei vnius: et clamauit/et dixit. Adhuc quadraginta dies: et niniue subuertetur. Et crediderunt viri niniuite in domino:et predicauerunt ieiunium:et vestiti sunt saccis/a maiore vsq; ad minorem. Et peruenit verbum ad regem niniue:et surrexit de solio suo:& abiecit vestimentum suum a se:et indutus est sacco/et sedit in cinere: et clamauit et dixit in niniue ex ore regis:et principum eius dicens. Homines/et iumẽta/et boues/et pecora/non gustent quicq; nec pascantur et aquam non bibant:et operiãtur saccis homines:et iumenta clament ad dominum in fortitudine. Et conuertatur vir a via sua mala: et ab iniquitate que est in manibus eorum. Quis scit si conuertatur et ignoscat deus:et reuertatur a furore ire sue/et non peribimus. Et vidit deus opera eorum: quia conuersi sunt de via sua mala. Et misertus est deus super malitiam quã locutus fuerat vt faceret eis et non fecit. Et misertꝰ est populo suo: dominus deus noster.

℣. Deus exaudi oratione m meam: auribus percipe verba oris mei. ℟. Deus in nomine tuo saluum me fac:et in virtute tua libera me. Tractus. Domine non secundum peccata nostra. dñs. ker. di. ñõ. tem vor. ko. rrh. Secundum Johannẽ.

IN illo tẽpore. Miserunt principes et pharisei ministros: vt apprehenderent iesum. Dixit ergo eis iesus. Adhuc modicum tẽpus vobiscum sum: et vado ad eum qui misit me. Queretis me et non inuenietis: et vbi sum ego/vos non potestis venire. Dixerunt ergo iudei ad semetipsos. Quo hic iturus est: quia non inuenietis eum? Numquid in dispersionem gentium iturus est:& doctrus gentes? Quis est hic sermo quem dixit:queretis me/et non inuenietis:et vbi sum ego/vos nõ potestis venire? In nouissimo autem die magno festiuitatis: stabat iesus et clamabat dicens. Si quis sitit:veniat ad me et bibat. Qui credit in me sicut dicit scriptura flumina de ventre eius fluent aque viue. Hoc autẽ dixit de spiritu:quẽ accepturi erant/credentes in eum. Offertorium Domine conuertere et eripe animam meam saluum me fac propter misericordiã tuam. ℣. Domine ne in ira tua arguas me: neq; in furore tuo corripias me. Secreta.

SAcrificium laudis & perceptio ne tuorum domine deferimus propitiatum:quesumus/vt percipiẽdo securius versuq; sumamus. Per dominum nostrum. Prefatio. Qui corporali ieiunio. Cõio Dominus virtutum ipse est rex glorie. Postcõmunio.

SAcramenti tui quesumus domine participatio salutaris: et purificationem nobis prebeat:et medelam. Per dominum nostrũ iesum xpm filiũ tuũ. Super populum Humiliate capita vestra deo. Oro.

cap. 7 E

F

ps. 6

Eod.

ps. 23

OA quesumus domine populo tuo spiritum veritatis et pacis: vt te tota mẽte cognoscat et que tibi placita sunt/pia deuotione exerceat. Per dominũ nostrum. In vnitate eiusdem spiritus sancti deus.

℣ Feria.iij.post Judica. Officium.

p.26 EXpecta dñm viriliter age: & cõfortetur cor tuũ/et sustine dominum. ℟. Dominus illuminatio mea: et salus mea quem timebo:

Eod. Non dicitur Gloria patri. Flectamus genua Leuate. Oratio.

OStra tibi quesumus domine sint accepta ieiunia: que nos & expiãdo gratia tua dignos efficiãt/et ad remedia perducãt eterna. Per dominũ nostrum iesum christũ filiũ tuũ. ℣ Lectio Danielis prophete.

Cap. 14 E IN diebꝫ illis. Congregati sunt babylonij ad regem: & dixerũt ei. Trade nobis danielẽ q̃ bel destruxit/et draconem interfecit: alioquin interficiemus te & domũ tuã. Vidit ergo rex qõ irruerent in eũ vehemẽter: et necessitate cõpulsus tradidit eis danielẽ. Qui miserunt eũ in lacũ

F leonũ: et erat ibi ser diebꝫ. Porro in lacu erãt leones septẽ: & dabant eis quotidie duo corpora/et due oues. Et tunc non data sunt eis: vt deuorarent danielem. Erat aũt abacuch pphet̃a in iudea/et ipse coxerat pulmentũ: & intriuerat panes in alueolo: & ibat in campũ vt ferret messoribus. Dixitq; angelꝰ domini ad abacuch. Fer prandium quod habes in babylonẽ danieli: qui est in lacu leonum. Et dixit abacuch. Domine babylonem non vidi: et lacum nescio. Et apprehendit eum angelus domini in vertice eius: & portauit eũ capillo capitis sui: posuitq; eũ i babylonẽ super lacum/et impetu spiritus sui. Et clamauit abacuch/dicẽs. Daniel serue dei: tolle prandium quod tibi misit deus. Et ait daniel. Recordatus enim es mei domie deus meus: & non dereliquisti diligẽtes te. Surgensq; daniel: comedit. Porro angelus dñi restituit abacuch cõfestim in loco suo. Venit ergo rex die septimo vt lugeret danielẽ. Et venit ad lacũ: et introspexit. Et ecce daniel sedens in medio leonum. Et exclamauit rex voce magna/dicens. Magnus es domine deus danielis. Et extraxit eũ de lacu. Illos autem qui perditibis eius causa fuerant intromisit in lacum: et deuorati sunt in momẽto coram eo. Tunc rex ait. Paueant omnes habitãtes in vniuersa terra dei danielis: quia ipse est liberator & saluator: faciens signa et mirabilia/in celo et in terra. Qui liberauit danielem: de lacu leonum. Grad. Dilerene causam meam domine: ab homine iniquo et doloso eripe me. ℟. Emitte lucem tuam Eod. et veritatem tuam ipsa me deduxerunt: et adduxerunt in montem sanctum tuum.

℣ Secundum Johannem.

Cap. 7 I IN illo tempore. Ambulabat iesus in galileam. Nõ enim volebat in iudeam ambulare: quia querebãt eum iudei interficere. Erat autem i prorimo dies festus iudeorum: scenophegia. Dixerũt ergo ad eum fratres eiꝰ. Trãsi hic & vade i iudeã: vt et discipuli tui videant opera tua que facis. Nemo quippe in occulto aliquid facit: et querit ipse in palam esse. Si hec facis: manifesta teipsum mũdo. Neq; enim fratres eiꝰ credebãt in eũ. Dixit ergo eis iesus. Tempus meum nondum aduenit: tempus autem vestrum semper est paratum. Non potest mũdus odisse vos/me

autem odit: quia ego testimonium perhibeo de illo: quia opera eius mala sunt. Vos ascendite ad diem festum hunc: ego autem non ascendam ad diem festum istum/ quia tempus meum nondum impletum est. Hec cum dixisset: ipse mansit in galilea. Ut autem ascenderunt fratres eius: tunc & ipse ascendit ad diem festum non manifeste: sed quasi in occulto. Judei ergo querebant eum in die festo: & dicebant. Vbi est ille? Et murmur multus erat de eo in turba. Quidam enim dicebant/ quia bonus est. Alii autem dicebant nō: sed seducit turbas. Nemo tamen palam loquebatur de illo: propter metum iudeorum. Ofer. Sperent in te omnes qui nouerunt nomen tuum domine: quoniam nō derelinquis querentes te psallite domino qui habitat in syon: quoniam non est oblitus orationem pauperum. Ps. Redes super thronum qui iudicas equitatem: increpasti gentes/ et periit impius: iudicare populum cum iustitia: et factus es refugium pauperum. Secreta.

Hostias tibi domine deferimus immolandas que temporalē consolationem nobis impendant: vt promissa certius non desperemus eterna. Per dominum nostrum ihesū. Prefatio. Qui corporali ieiu. Cōio. Redime me deus israel: ex omnibus angustijs meis. Postcommunio

Da quesumus omnipotēs deus: vt qui diuina sūt ingiter exequentes: donis mereamur celestibus propinquare. Per dominum nostrū. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

Da nobis domine quesumus perseuerantem in tua voluntate famulatum: vt in diebus nris & merito & numero/ populus tibi seruiēs augeatur. Per dñz. ¶ Feria quarta post Judica. Ad missam. Officium.

Liberator meus de gētibus iracundis: & ab insurgētibus in me exaltabis me a viro iniquo eripies me dñe. ps. Diligam te dñe fortitudo mea: dñs firmamentum meum et refugiū meū. Nō dicitur Gloria patri. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Sanctificato hoc ieiunio deus tuorum corda fidelium miseratus illustra: et quibus deuotionis prestas affectum: prebe supplicantibus pium benignus auditum. Per dominum. ¶ Lectio libri Leuitici.

In diebus illis. Locutus est dñs ad moysen dicens. Loquere ad vniuersum cetū filiorū israel: et dices ad eos. Ego dñs deus vester. Nō facietis furtū: non mentiemini: nec decipiet vnusquisq; proximū suum. Non periurabis in nomine meo: nec polluens nomē dei tui. Ego dominus. Non facies calumniā proximo tuo/ nec vi opprimes eū. Nō morabitur opus mercēnarij tui apud te usq; mane. Non maledices surdo: nec coram ceco pones offendiculū: sed timebis dñm deum tuum: qz ego sū dominus. Non facies qđ iniquum est: nec iniuste iudicabis. Non considerabis personā pauperis: nec honorabis vultū potentis. Juste iudica primo tuo. Nō eris criminator: nec susurro in populis. Non stabis contra sanguinem proximi tui. Ego dominus. Non oderis fratrem tuum in corde tuo: sed publice argue eum/ ne habeas super illo peccatum. Non queras vltionem inimicorum: nec memor eris iniurie ciuium tuorum. Diliges amicum tuum sicut teipsum. Ego dominus. Leges meas custodite. Ego enim sum dominus deus vester. Gr. Exaltabo te domine quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.

p.17

Eodē

cap. 19 ℒ

D

p.29

Eodē dñ. Dñe deus clamaui ad te et sanasti me: domine abstraxisti ab inferis animam meam: salvasti me a descendentibus in lacum. Tractus. De necessitatibus meis. vsq; feria.iiij.post Reminiscere. fol. xxxiij. Secundum Johannem.

cap. x

In illo tpe. Facta sūt encenia i hierosolymis: & hyems erat & ambulabat ihesus in tēplo/in porticu salomonis. Circūdederūt ergo eum iudei: & dicebant ei. Quousq; animam nostram tollis? Si tu es chr̄istus: dic nobis palam. Respōdit eis ihesus. Loquor vobis: et nō creditis. Opera que ego facio in nomine patris mei: hec testimonium perhibēt de me. Sed vos non creditis: q; nō estis ex ouibus meis. Oues mee vocem meam audiunt: & ego cognosco eas/ & sequuntur me. Et ego vitam eternam do eis: et non peribunt in eternum: & non rapiet eas quisq; de manu mea. Pater meus quod dedit michi maius omnibus est: et nemo potest rapere: de manu patris mei. Ego & pater vnum sumus. Sustulerunt ergo lapides iudei vt lapidarēt eum. Respondit eis ihesus. Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo: propter quod eorum opus me lapidatis? Respōderunt ei iudei. De bono opere non lapidamus te: sed de blasphemia: et quia tu homo cum sis/ facis teipsum deum. Respōdit eis ihesus. Nonne scriptum est in lege vestra: q; ego dixi dij estis? Si illos dixit deos ad quos sermo dei factus est: & nō potest solui scriptura: quē pater sanctificauit & misit in mundum: vos dicitis quia blasphemas/ quia dixi filius dei sū. Si non facio opera patris mei: nolite credere michi. Si autem facio: & si michi non vultis credere: operibus credite. Vt cognoscatis et credatis/ quia pater in me est: & ego in patre. Offertorium.

Exalta me de inimicis meis deus meus & ab insurgētibus in me libera me domine. Secreta. p.58

Quia ecce ceperunt animam meam: irruerunt in me fortes. Ibid.

Annue nobis quesumus miseri cors deus: vt hostias placationis & laudis/ sincero tibi deferamus obsequio. Per dñm nrm ihesum xpm. Prefatio. Qui corporali ieiu. Cōio.

Lauabo inter innocētes manus meas: et circundabo altare tuum dñe: vt audiam vocem laudis tue: et enarrem vniuersa mirabilia tua. p.25 Postcōmunio.

Celestis doni benedictione percepta supplices te deus oms deprecamur: vt hoc idem nobis et sacramēti causa sit & salutis. Per dñm nostrum ihesum. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oīo.

Adueniat qsumus domine mia sperata supplicibus & eis celesti munificentia tribuatur: quatenus & recte petenda postulent/ & postulata percipiant. Per dominū nostrum ihesum chr̄istum filium tuum. Qui tecum viuit & regnat deus. Per omnia secula seculorum. Amen.

Feria.v.post Judica. Officium.

Omnia que fecisti nobis domine/ in vero iudicio fecisti: quia peccauimus tibi & mādatis tuis non obedimus: sed da gloriam nomini tuo: et fac nobiscum secundum multitudinem misericordie tue. Psalmus. Dan 3 l

Magnus dominus et laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri / in monte sancto eius. p.47 Non dicitur. Gloria patri. Flectamus genua Leuate. Oratio.

Presta qsumus omnipotēs deus: vt dignitas ędi tibis humane

per immoderantiã sauciata:medicinalis parsimonie studio refoꝛmetur ꝑ dominũ nostrum iesum xp̃m filiũ tuũ. Lectio Danielis pꝛophete.

IN diebus illis. Oꝛauit daniel dicens. Domine deus israel ne despicias populum tuum:neq; auferas misericoꝛdiam tuã a nobis. Pꝛopter abꝛaham dilectum tuũ: & isaac seruum tuum:et israel sanctum tuum:quibus locutus es pollicens qđ multiplicares semẽ eoꝛum sicut stellas celi:et sicut arenam que est in littoꝛe maris. Quia dñe imminuti sumus plusq; omnes gentes sumusq; humiles in vniuersa terra hodie ꝓpter peccata nostra. Et non est in tẽpoꝛe hoc pꝛinceps et dux/et pꝛophe ta:neq; olocaustum/neq; sacrificiũ/ neq; oblatio/neq; incensum/neq; locus pꝛimitiarum coꝛam te:vt possimus inuenire misericoꝛdiam tuam: sed in animo contrito et spiritu humilitatis suscipiamur. Sicut in olocausto arietum et tauroꝛum:et sicut in milibus agnoꝛum pinguium: sic fiat sacrificium nostrum in cõspectu tuo hodie/vt placeat tibi:quoniam non est confusio confidẽtibus in te. Et nunc dñe sequimur te in toto coꝛde:et timemus te:et querimus faciẽ tuam. Ne cõfundas nos sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuã: et scõm multitudinem misericoꝛdie tue. Et erue nos in mirabilib⁹ tuis: et da gloꝛiam nomini tuo domine/ et confundãtur omnes qui ostendũt seruis tuis mala. Confundantur in omni potentia:et robur eoꝛum conteratur. Et sciant quia tu es dñs deꝰ solus/et gloꝛiosus super omnẽ terram:dñs deus noster. Gꝛ. Tollite hostias et introite in atria eius:adoꝛate dñm in aula sancta eius. ℣. Reuelabit dominus condensa:et in templo eius omnes dicent gloꝛiam. ℭ Secundum Johannem.

IN illo tpe. Cum audisset quidam de turba sermones iesu:dicebant. Hic est vere pꝛopheta. Alii dicebant. Hic est chꝛistus. Quidam autem dicebant. Nunquid a galilea chꝛistus venit? Nonne scriptura dicit:quia ex semine dauid:& de bethleem castello vbi erat dauid/venturus est chꝛistus? Dissentio itaq; facta est in turba/pꝛopter eum. Quidam autem ex ipsis volebant appꝛehendere eum: sed nemo misit super illum manus. Venerunt ergo ministri ad pontifices et phariseos:& dixerũt eis illi. Quare non adduxistis eum? Responderunt ministri. Nunq̃ sic locutus est homo: sicut hic loquitur. Responderunt ergo eis pharisei. Nunquid et vos seducti estis. Nunquid aliquis ex pꝛincipibus credidit in eum:aut ex phariseis? Sed turba hec que non nouit legem:maledicti sũt. Dixit nicodemus ad eos: ille qui venit ad eum nocte:qui vnꝰ erat ex ipsis. Nunquid lex nostra iudicat hominem: nisi pꝛius audierit ab ipso: et cognouerit quid faciat? Responderunt et dixerunt ei. Nunquid & tu galileus es? Scrutare scripturas/et vide:quia pꝛopheta a galilea non surgit. Et reuersi sũt vnusquisq; in domum suam. Offertoꝛiũ. Super flumina babylonis illic sedimus & fleuimus:dum recoꝛdaremur tui syon. Memento domine filioꝛum edon: in die hieꝛusalem.

Laß. 7 F

G

Psal. 136 Eoũ.

Secreta.

DOmine deꝰ noster: qui in his potius creaturis quas ad fragilitatis nꝛe subsidiũ cõdidisti/tuo quoq; nomini munera iussisti dicanda cõstitui: tribue q̃s/vt & vite nobis pꝛesentis auxiliũ & eternitatis efficiãt sacramentũ. ℣ do. Oꝛatio. Qui

ꝑsal. cꝛpoꝛali ieiu. Cõio. Memẽto verbi tui
118 ſeruo tuo dñe in quo michi ſpẽ dediſti: hec
me ꝛconſolata eſt in humilitate mea. Poſtcõio

QUod oꝛe ſumpſimus dñe pura
mẽte capiam⁹: & de munere tẽ-
poꝛali fiat nobis remediũ ſempiter-
nũ. Per dñm. Super populum. Hu-
miliate capita veſtra deo. Oratio.

ESto qs dñe ꝑpicius plebi tue:
vt que tibi nõ placẽt reſpuen-
tes: tuoꝛ potius repleantur delecta
tionibus mandatoꝛum. Per dñm.

¶ Feria.vj.poſt Judica. Officium.

ꝑ.30 MIſerere michi
domie qm̃ tribuloꝛ libera
me/et eripe me de mani-
bus inimicoꝛ meoꝛ/et a
perſequentibus me domine non con
Ibid. fundar: quoniam inuocaui te. ꝑs. In
te domine ſperaui nõ ꝛconfundar in eternũ: in
iuſticia tua libera me. Nõ ꝛ. Glia patri.
Flectamus genua Leuate. Oratio.

AOꝛdibus nꝛis qs dñe auxiliũ
gratie tue benignus infunde:
vt peccata noſtra caſtigatione volũ
taria cohibentes/tẽpoꝛaliter poti⁹
maceremur: ꝙ ſupplicijs ꝛputemur
eternis. ꝑ õ. Lectio Hieremie ꝓphete

cap. 17 L IN dieb⁹ illis. Dixit hieremias
Dñe oẽs q̃ te dereliquũt/cõ-
fundantur. Recedẽtes a te/in terra
ſcribentur: quoniã dereliquerũt ve-
nam aquaꝛ viuentium dñm. Sana
me domine/& ſanaboꝛ: ſaluũ me fac
et ſalu⁹ ero: quoniã laus mea tu es.
Ecce ipſi dicũt ad me. Ubi eſt verbũ
domini? Veniat. Et ego nõ ſum tur-
batus te paſtoꝛem ſequẽs: et diẽ ho-
minis non deſideraui tu ſcis. Quod
egreſſum eſt de labijs meis: rectũ in
conſpectu tuo fuit. Nõ ſis michi tu
foꝛmidini: ſpes mea tu i die afflictio
nis. Confundãtur qui me perſequũ-
tur: et non confundar ego. Paueant
illi: & non paueam ego. Induc ſuper
eos diem afflictionis: et duplici con-
tritione contere eos: domine deꝰ no
ſter. Graõ. Pacifice loquebantur michi ꝑ.34
inimici mei: et in ira moleſti erant michi.
Ibi. ꝙ. Quidilli dominꝰ deus meus ne diſcedas
a me: ne diſcedas a me. Tractus. Domine nõ
ſecũdum pctã nꝛa. vtẽ. kcc. vi. quatuoꝛ
tẽpoꝛũ. kal. xxxij. Secundũ Johãnẽ.

IN illo tpe. Colle-
gerunt põtifices Lxx
et phariſei conciliũ ad ij ꝙ
uerſus ieſum: et dice-
bant. Quid facim⁹ qꝛ
hic homo multa ſigna
facit? Si dimittim⁹ eũ
ſic: omnes credent in
eum. Et veniẽt romani: et tollẽt no-
ſtrum locum et gentem. Unus autẽ
ex ipſis cayphas nomine: cum eſſet
pontifex anni illi⁹: dixit eis. Vos ne
ſcitis quicq̃ nec cogitatis: quia expe
dit vobis vt vnus moꝛiatur homo
ꝓ populo: & non tota gens pereat.
Hoc aũt a ſemetipſo nõ dixit: ſed cũ
eſſet põtifex anni illius/ꝓphetauit
quia ieſus moꝛiturus erat ꝓ gẽte.
Et nõ tantũ ꝓ gẽte: ſed vt filios dei
qui erãt diſperſi cõgregaret in vnũ.
Ab illo ergo die: cogitauerunt vt in-
terficerent eũ. Jeſ⁹ ergo iã nõ in pa
lã ambulabat apud iudæos: ſed abijt
in regionem iuxta deſertũ in ciuita-
tem que dicitur effrem. Et ibi moꝛa-
batur: cũ diſcipulis ſuis. Offꝛ. Bene- ꝑſal.
dictus es dñe doce me iuſtificatiões tuas: 118
& ne trãdas calumniantibus me ſuperbis:
et reſpondebo erꝛoꝛantibus michi ver- ibid.
bũ. ꝙ. Vidi non ſeruantes pactum/et tabe
ſcebam: domine quando facies de perſe-
quentibus me iudicium. Secreta.

PRoſta nobis miſericoꝛs deꝰ: vt
digne tuis ſeruire ſemp altari
bus mereamur: & coꝛ perpetua par-
ticipatione ſaluari. Per do. ꝓfat. ꝑ.26
Qui cꝛpoꝛali ieiunio. Cõio. Ne tradi
deris me dñe in animas perſequentiũ me:

quia insurrexerunt in me testes iniqui/et mentita est iniquitas sibi. Postcõio.

SUmpti sacrificij dñe perpetua nos tuitio non derelinquat: & noxia sẽper a nobis cũcta repellat. Per dñm. Super populum. Humiliate capita vestra deo. Oratio.

QUoncede nobis q̃s dñe veniam pcõrũ/& religionis augmentum: atq; vt in nobis tua dona multiplices: tuis hac mãdatis pꝛomptiores. Per dñm nr̃m iesum chꝛistum.

¶ Sabbato post Judica. Officium.

MIserere michi dñe q̃m tribulor libera me & eripe me de manibus inimicorũ meorũ/& a persequẽtib⁹ me: dñe nõ confundar/q̃m inuocaui te. Ps. In te dñe speraui nõ confũdar in eternũ: in iusticia tua libera me. Non dicitur Gloꝛia patri. Flectamus genua Leuate. Oratio.

QUoficiat q̃s domine plebs tibi dicata pie deuotionis affectu: vt sacris actionib⁹ erudita/q̃to manifestati tue sit gratioꝛ: tãto donis potioꝛibus augeatur. Per dñm nr̃m.

¶ Lectio Jeremie pꝛophete.

IN diebꝰ illis. Dixerunt impij iudei ad inuicẽ. Venite cogitemus contra iustum cogitationes. Nõ enĩ peribit lex a sacerdote neq; consilium a sapiẽte: nec sermo a pheta. Venite & percutiamus eũ lingua: et non attendamus ad vniuersos sermones eiꝰ. Attende dñe ad me: & audi voces aduersarioꝝ meoꝝ. Numquid redditur pro bono malũ: q̃ foderũt foueã aĩe mee? Recoꝛdare q̃ steterim in cõspectu tuo/vt loquerer pro eis bonũ: & auerterem indignationẽ tuã ab eis. Pꝛopterea da filios eoꝝ in famẽ & deduc eos i manus gladij. Fiãt vxoꝛes eoꝝ absq; liberis & viduę: & viri earũ interficiãtur moꝛte. Juuenes eoꝝ confodiantur gladio in pꝛelio: audiatur clamoꝛ de domibus eoꝝ. Adduces enim super eos latronem repente: quia foderũt foueam/vt caperent me: & laqueos absconderunt pedibus meis. Tu autem domine scis omne consilium eorum/aduersum me in moꝛtẽ. Ne pꝛopicieris iniquitati eoꝝ: & peccatũ eoꝝ/a facie tua non deleatur. Fiãt coꝝruentes in conspectu tuo/in tempoꝛe furoꝛis tui: domine deus meꝰ.

℟. Pacifice loquebantur michi inimici mei: et in ira molesti erant michi. ℣. Vidisti domine deus meus ne sileas ne discedas a me. p. 34. Ibiđ.

¶ Secundum Johannem

IN illo tpe. Dixit iesus discipulis suis/& turbis iudeoꝝ. Amen amen dico vobis: nisi manducaueritis carnem filij hominis/et biberitis eius sanguinem: non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem/& bibit meũ sanguinem: habet vitam eternã: & ego resuscitabo eum/in nouissimo die. Caro enim mea vere est cibus: & sanguis meꝰ vere est potus. Qui manducat meam carnem/& bibit meum sanguinem: in me manet & ego in illo. Sicut misit me viuens pater: et ego viuo pꝛopter patrem. Et qui mãducat me: & ipse viuet ꝑter me. Hic est panis qui de celo descendit. Non sicut mãducauerũt patres vestri mãna in deserto: & moꝛtui sunt. Qui manducat hunc panem: viuet in eternum. Hec dixit in synagoga: docens sabbato in capharnaũ. Multi autẽ audientes ex discipulis eiꝰ/dixerũt. Durus est hic sermo. Quis potest eum audire? Sciens autem iesus apud semetipsum/q̃ murmurarent de hoc discipuli eiꝰ/dixit eis. Caſ. 6 F

Hoc vos scādalizat. Si ergo viderit is filiū hois ascēdētē vbi erat pri9.
G Spūs est q̄ viuificat: caro nō prodest quicq̄. Verba q̄ ego locut9 sū vobis spūs & vita sūt. Sed sunt q̄dā ex vobis: q̄ nō credūt. Sciebat aūt ab initio iesus/q̄ essent credētes & quis traditur9 esset eū/& dicebat. Propterea dixi vobis: q̄z nemo potest venire ad me: nisi fuerit ei datū a patre meo. Ex hoc ergo multi discipulorū eius abierūt retro: & iā nō cū illo ambulabant. Dixit ergo ies9 ad duodecim. Nunq̄d & vos vultis abire? Rñdit ergo ei symon petrus. Dñe ad quē ibim9? Verba vite eterne habes. Et nos credim9/& cognouim9: q̄z tu es xp̄s filius dei. Respondit eis iesus. Nonne ego vos duodecim elegi: et vnus ex vobis dyabol9 est. Dicebat aūt de iuda symonis scariothis. Hic enim erat traditur9 eum: cum esset vnus ex duodecim. Off. Recordare q̄ steterim in cspectu tuo/vt loquerer p eis
Psal. 76 bonū: & auerterem indignationem tuam ab eis. Ps. Qui regis israel intende: qui deducis velut ouem ioseph. Secreta.

Suscipe creator omps que ieiunantes de tue munificētie largitate dēferim9: et p tēporali nobis collata presidio: ad vitam cuerte p̄piciatus eternam. Per do. Prefat. Qui corporali ieiu. Cōio. Ne tradideris me dñe in animas persequentiū me:
p. 26 quia insurrexerunt in me testes iniqui: et mentita est iniquitas sibi. Postcōio.

